



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Liber Nonus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

theca cum sit conventio, nudo consensu constat, hinc sine traditione fit, tribuitque jus in re l. 9. §. 2. ff. de pign. actio.

Declar. ut adeo etiam hypotheca in mobilibus, si hæc non tradantur, constitui possit, v. g. in bibliotheca, grege ovium, frumento collecto &c. Brunnem. ad d. l. 9. ff. n. 5.

VII.

Ubiunque juris dispositio deficit, ibi tacita hypotheca locum non invenit, quia hypotheca tacita oritur ex legis dispositione. Ita ergo Ecclesia ob simplex mutuum nulla competit hypotheca, sicut nec Civitati l. 2. C. de bon. Reipubl. nisi saltem in Saxonia, Carpz. P. 1. C. 28. def. 115. seq. Nec ei qui ad emendam domum mutuo dedit, Carpz. d. l. def. 107.

IX.

Quoties res generaliter oppignorata vendita, toties contra possessorem agi nequit, nisi excusso prius principali Nov. 4. c. 2. Quoties verò res specialiter oppignorata vendita, toties statim contra possessorem pignoris agi potest. Nov. 112. C. 1. vers. ob hoc autem aliqui pugnant.

Ratio differentia: quia pignus speciale magis afficit rem quam generale, Carpz. P. 2. C. 18. def. 15. Hinc pignus speciale aliter vendi nequit, nisi ut pretio illius satisfiat Creditori: quod si igitur hoc non factum, jus in illa re saluum retinet Creditor, quapropter excussione Creditoris gravandus non est. conf. Berl. P. 2. Concl. 24. n. 7. & seqq.

X.

Hypotheca petit cum re hypothecata. Bart. in l. 29. ff. de pign. act. non tamen extinguatur, licet rei hypothecata quantitas mutetur. Bart. in s. fundus. 16. §. 2. ff. de pign.

FINIS LIBRI OCTAVI.

LIBER NONUS.

CAP. I.

Jactare, Jactatio, Gloriatio.

Axioma I.

JE Jactatione vid. Ant. Matt. tr. criminal. d. quaestionibus. 771. num. 3. C. C. Car. V. art. 44. Menoch. de arb. jud. q. 151.

II.

JACTARE suum nullus præsumitur, l. cum de indebito 25. vers. qui non solvit. ff. de probat. l. qui vas. §. vetare. 3. ff. de furt. exornant Tiraq. in l. si unquam. verb. donatione largius numero 206. cum seqq. C. de revocat. donat. Nicolaus Mozz. de contrahib. tit. de donationib. art. de naturalibus don. numero 2. cum multis sequentibus. Brunor à Sole in locis communibus. verb. jactatio. Menoch. de arbit. 2. casu 88. à princip. Mascard. de probationib. conclus. 554. num. 2. Surdus conf. 7. num. 44. & consil. 80. D. Barbof. in l. quæ dotis. num. 17. cum seqq.

XI.

Hypotheca constitui potest etiam in rebus alibi sitis, Bald. in l. 2. in fin. C. mand.

XII.

Hypotheca bonorum immobilium, de quibus debitor judicialiter non est investitus, valida non est in foro Saxonico, Carpz. Decis. 127.

XIII.

Hypotheca publica, quæ per descriptionem in libro publico constituitur, in scio & invito debitore non fit, nisi ob contumaciam. Mev. P. 8. Dec. 125.

CAP. XXI.

De Hypothesi, Præsupposito.

Axioma I.

Dispositio intuitu certi præsuppositi facta non potest locum habere, nisi prius præsuppositum & hypothesis verificetur. l. Lucius 14. de fideicommiss. libert. Glossa & Dd. in l. mancipia 5. in verb. advocandum. C. de serv. fugit. Welenb. 1. conf. 30. n. 8.

II.

Hypothesis & causatio falsa vanum efficit responsum. vid. supr. lib. 1. loca de antecedenti & consequenti ax. imprimis 3. 4.

III.

Rei evidentiam dimittere & præsuppositum quoddam fingere est intellectus quædam agritudo & infirmitas, Everhardus in 10. pie. loc. a L. cessante. num. 3.

ff. soluto matrim. Octav. Glorit. respons. 10. num. 110. Ambrosin. Perus. decis. 15. num. 20. Rot. decis. 34. num. 3. & decis. 108. num. 2. part. 1. in posthum. Farinat. præsertim in judiciis, in quibus semper facienda est interpretatio, quæ magis utilis & expediens sit facienti. Rot. decis. 171. numer. 3. ead. part. 1. Alexand. Trentacinq. consilio 20. numero 13. part. 1. Laurentius Tennin. in tr. cautel. caut. 152. numero 17.

CAP. II.

Idem, de Identitate conf.

infr. Bis.

Axioma I.

Plus est idem cum alio effici, quam pro eodem haberi, Brunnem. in l. 1. C. de indict.

II.

Identitas rerum & actuum non præsumitur, sed probatione indiget. Mev. Conf. 3. n. 82.

III.

Identitas insignium & armorum agnationem quidem, sed non proximitatem probat. Mev. Conf. 90. n. 51.

Ee

CAP.

CAP. III.

Idoneus.

Axioma I.

Idonei sunt, qui lege non prohibentur. *l. cum prator 12. ff. de judic. l. nulli 3. quod univers. nom. l. 15. ff. de iurisd. l. qui accusare 8. ff. de accusat. Concennat. quest. jur. sing. 3. num. 16. vel quem virtutum ornamenta probant. arg. l. 1. C. de cond. in publ. horr. l. 42. §. fin. ff. de V. S.*

II.

Idoneus & solvendo quilibet praesumitur, donec probetur contrarium. *l. 5. in fin. ff. de separant. l. 10. C. arbit. tut. gloss. in l. 5. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogantur. l. si ve possidetis 16. C. de probat. Hostiens. Johann. Andr. Panorm. in cap. 1. in fin. extr. de servit. Pacian. de probat. cap. 54. numero 20. Gædd. 1. consil. Marp. 24. numero 227. Innocent. III. in cap. dudum. de praesumpt. Honthem. 1. de art. Notar. cap. 22. numero 1.*

Limita: qui aliquem dicit solvendo fuisse, cum tamen jam non sit, illi incumbit probatio; nam à praesenti aliis in praeteritum praesumitur. Brunn. ad l. 1. C. de pericul. Nominator. in fin.

III.

In insignibus Civitatibus praesumuntur plures idonei esse ad munera. Brunnem. C. de decurion. column. 11.

IV.

In muneribus personalibus subeundis non tam ordo quam idoneitas attendenda. Brunnem. ad l. un. C. de potioribus ad munera.

V.

Qui tenetur de alterius idoneitate, non statim tenetur de ejus negligentia, Brunnem. ad l. 2. C. de Navicul. sufficitque quod quis usque ad officii sui depositionem idoneus sit; nam hoc ipsò is, qui pro eo tenebatur, liberatur. *l. 15. §. 1. ad municipal. l. 53. de admin. tut. l. 1. C. de pericul. nominat. Nisi is simul tenebatur ab eo rationes suscipere & ipsa sua culpa tardius fuissent exactae. d. l. 1. in fin. Perez. C. de pericul. Nominat. n. 5. 6.*

CAP. IV.

De Jejunio.

Axioma I.

Jejunium in se & ratione finis sui spectatum non est cultus Dei, sed adminiculum tantum pietatis. Ziegl. *Jur. Can. p. 336.* Hinc ei sine fundamento tribuitur reconciliatio & propitiatio Dei, culpae redemptio & peccatorum remissio. Ziegl. *d. l. 1. §. pag. 159.*

II.

Inter Jejunii causas impulsivas in primitivâ Ecclesiâ fuit directio Consiliorum & actionum in arduis negotiis à Deo flagitata. Hoc jejunium fuit liberum & non praeceptum. Sed Jejunia veterum sequioribus temporibus omnino fuerunt collapsa. Ziegl.

ad. II.

CAP. V.

De Igne *conf. Rubr. de Incendio.*

Axioma I.

Ignem fovere in domo non est prohibitum aut improbatum, cum sit unum ex quatuor elementis, sine quibus nemo vivere potest. Roland. à Valle Vol. 2. *Conf. 95. n. 16.*

Limita: nisi ignis sit noxius, talem enim habere non licet, & aestimatur hic vel ex quantitate ligni vel periculo loci, stipulis aliisque combustilibus materiis vicini. Is quoque noxium ignem habet, qui scenum madidum & putrefactum, vel alias fruges à pluviis humiditas nec antè satis arefactas horreis importat. *Conf. Altorf. 116.*

II.

Ignem negligenter servantes in suis aedibus puniuntur. *l. 3. §. 1. ff. de offic. Praef. vigil.*

III.

Ignis nomine circa communem parietem cautio exigi potest. *L. 27. §. 10. ff. ad L. aqvil.*

CAP. VI.

De Ignorantia.

Axioma I.

Ignorantia vel est κατ' ἀνάγκην, quæ ignorantia scientiæ privativè opponitur, & in illos cadit, qui in Philosophorum scholis non sunt instituti: & κατὰ διάθεσιν, cum quis putat verum esse, quod falsum est; Et opponitur hæc ignorantia scientiæ positive, hoc est, contrariè. Et hæc duplex est; vel vera, quando quis certò statuit, id verum esse, quod verum non est: vel affectata, è Jacobo Martini lib. 1. de loco cap. 1. p. 2. Aliter paullò ignorantiam distinguit Dn. Goth. ad l. 2. de Legib.

II.

Ignorantia legum est lata culpa: Bart. in repet. *l. quod Nerva 32. numero 7. de pos. Wefemb. de jur. & facti ign. numero 7. ibi: lata culpa est jus commune ignorare, ubi vide Bachov. Declarationis tamen causa distingui potest, an jus sit certum vel dubium. Certum iterum sit generale an speciale. Generale iterum vel merum civile, id est, quod tantum ex inductione valet, vel petuum ex principiis juris naturalis aut gentium. Hujus enim ignorantia ut non immerito latae culpe tribuitur, *l. 123. de Reg. Jur.* ita ceteras species latae culpe promiscuè imputare durum est. vid. Dn. Ludwell. in not. ad Wefemb. d. loc. & Bachov. 2. disputat. 4. thes. ultim. B.*

III.

Ignorantia in iis non excusat, quæ quis ratione officii tenebatur indagare, cap. cum in cunctis. & cap. innotuit. circa finem, extr. de Elect. text. in cap. quamvis. de R. I. Gail. 2. observat. 48. sub numero 21. Ratio, quia scire & scire debere sunt paria. Carpa. 6. resp. 10. numero 17.

IV. Nemq

IV.

Nemo debet esse ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit. *l. quamdiu. 19. de R. I. ubi Cujac.* quin & aliquando inquirere debet creditor, quorum res vertatur. *l. 27. de R. C. l. 3. §. 9. de in rem vers.* licet regulariter nihil pertineat ad credentem, quomodo debitor pecunia utatur *l. 11. ad SC. Vell.*

V.

Ignorantia præsumptio potentior est quam scientia. *Bursat. 3. conf. 210. numero 13. Bertazol. lib. 2. consil. decis. consilio 442. numero 10.* quod cum primis in loco longinquo locum habet. *Glossa in cap. qui & divinis 12. quest. 2. Uran. 3. consil. 4. numero 30.*

Excipe 1. in facto sæpius tractato: hic enim incredibilis & inexcusabilis. *Gail. 2. obs. 48. numero 21. Menoch. 3. pref. 23. numero 93.*

2. Limita in instrumentis penes se habitis, quorum tenorem nemo ignorare præsuntitur. *l. non est ferendus 12. de transact. Menoch. 6. pref. 23. n. 64. & 74. Mascard. conclus. 1293. n. 20. Joh. Baptif. Cost. de fact. scient. & ignor. in sp. 81. n. 15. & in sp. 99. num. 16.*

3. Similiter nec potest obtendi ignorantia ejus, qui actui interfuit. *Menoch. 6. præsumpt. 21. & 23. n. 65. & 72. Tapat. in compend. decis. tit. 66. cap. 4. §. præsens.*

VI.

Ignorantia unius alii neque utilis neque inutilis est. *Bald. in fin. quest. 3. C. de Edict. D. Adr. toll. Cravett. conf. 962. p. 5. n. 13.*

VII.

Ignorantia in animo consistit. *Carpzov. part. 1. Jurispr. forens. consil. 22. defin. 6. num. 5.* adeoque ex numero est eorum, quæ juramento probari debent. *Bart. in l. inter omnes 46. §. recte. num. 2. ff. de furt. 2. feud. 42. Andr. Gail. lib. 2. observat. 48. num. 24. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 881. num. 2. gloss. in cap. qui divinis 12. quest. 2. & cap. propositi 2. §. 2. distinct. cap. nulli §. de Elect. in 6. Jason. in l. 3. §. jurari. num. 13. ff. de jurejur. Abbas in cap. cognoscentes. num. 9. de constit. & ibid. Decius. Felin. Menoch. de arb. jud. q. cas. 186. n. 2. 3. 4. & cons. 74. num. 17.*

Limita, nisi quando alleganti ignorantiam adversaretur præsumptio Juris aliqua. *Felin. in cap. cognoscentes. de consil. num. 18. & ibid. Decius num. 10. vers. similiter arbitrari. Marant. in l. si potest. num. 247. ff. de acquirend. hered. Romanus consil. 47. n. 10. Anchor. qu. fam. 63. num. 3. Bursat. conf. 119. num. 10. Cacheran. decis. 71. num. 3. Regnerus Sixtinus lib. 3. cons. Marp. 13. num. 28.*

VIII.

Ignorans defectum alicujus actus non potest dici illum approbare. *Alex. conf. 135. col. 1. circ. med. num. 1. vers. & similiter. lib. 7. Ratio, quia ignorans neque acceptat, neque ratificat. l. nec ignorans 10. C. de donat. Bart. in l. quæ dotis. n. 20. ff. solut. matrim. Socin. cons. 159. num. 31. lib. 2. Paris. conf. 47. num. 91. & seq. lib. 1. Farin. 1. conf. 70. num. 49. nec remittere aliquid potest. l. mater 10. C. de inoffic. testam. Gail. 2. observ. 139. num. 5. Hinc ut nec donare ignorans intelligitur.*

d. l. ignorans. Bart. in l. Aurelius §. 1. de liberat. leg. ita nec renunciare ei juri, quod sibi errore quodam competere ignorat, ut argumentatur Bartolus in l. si de certa. num. 4. C. de transact. Welsenb. 2. conf. 74. num. 62. sicut nec dici potest patientiam præstitisse. arg. l. si quis longè. §. in princ. vers. longè. ff. de oblig. & act. l. tres fratres 35. ff. de pact. Vult. 2. cons. Marpurg. 30. n. 136. Unde in materia litigiosa nullam poenam sustinet. l. fin. C. de litigios. quia scientiam non ignorantiam obligari volumus. l. generalis 3. Cod. de tabular. lib. 10. l. fin. de decret. ab ord. fac. Vult. 3. cons. Marpurg. 22. num. 48. neque in delictum consentire perhibetur. Vult. 1. cons. Marp. 16. num. 192. cum quælibet supina etiam & crassa ignorantia, à dolo remota, crimen excludat. l. Fabia 3. ff. de Leg. Fab. de plagiar. l. igitur 12. ff. de liberal. caus. & in l. 1. §. bestias. ff. de postuland. Bartolus & alii in l. ex hoc jure. ff. de Jusit. & Jur. nec Principis auctoritatem contemnere, ac proinde rebellare. l. ignorans 50. ff. locat. quam citat Cacher. decis. Pedemontian. 138. n. 24. Ideoque ignorantiam à poena mendacii excusare, post Vincent. Caroc. de excuss. bonor. part. 2. quest. 69. num. 34. addit Carpzov. part. 2. consil. 18. defin. 6. num. 4. sicut & in crimine incestus tueretur Henricus Bocerius tract. de adulter. §. 11. num. 58. Salicet. in l. 29. n. 38. C. de adult. Carpzov. part. 4. consil. 23. defin. 6. & non posse dici eum contra legem facere, qui legis dispositionem ignorat; quia scientem & non ignorantem lex vult obligari, patet ex l. ex generali 10. C. de Tabular. lib. 10. Romani. consil. 473. Circa propositam. Tiracuell. in caus. 13. de penis mitig. Pacianus conf. 4. num. 14.

IX.

Quæ communia sunt apud omnes, verisimiliter ignorari non possunt. *Carrer. in præf. m. 1. tr. de appellat. §. text. ibi: item eorum. n. 26. Decian. in tr. crim. lib. 8. cap. 3. num. 26. Clar. §. fin. q. 85. num. 2. vers. secundus est casus. Arnif. lib. 2. de Majest. cap. 5. num. 9.*

X.

Ignorantem jure suo privari iniquum est. *arg. l. fin. junct. gloss. ff. de decret. ab ord. faciend. l. si quis absentis 5. in princip. ff. de obligat. & action. l. genero 8. ff. de his qui not. infam. cap. 2. de constitut. Decian. consil. 23. num. 44. volum. 1. Vult. lib. 3. cons. Marp. 19. num. 57. sæpius tamen id iniquum non est, quotiens scilicet ignorantia ex culpa venit. l. ult. Cod. de long. temp. præscr.*

XI.

Duæ ignorantia species sunt, simplex & duplex; prior, cum quod nescimus, non scire nos scimus; alterum, cum aliquis ignorat, non ignorantia solum implicitus, sed sapientia opinione. *Plato lib. 9. de Legib. de quo Cicero lib. 1. de finib. colam. 61. lit. f. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini eruditio, Geometriaque perfectio: Huius (Epicuro scilicet) bipedalis fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem.*

XII.

IGNORANTIA facti iusta & probabilis excusat, de qua loquitur cap.

ignorantia 13. de Regulis Juris, lib. 6. 7. de jur. & fact. ign. §. 10. In mandati affectata vero vincibilis, crassa, improbabilis, seu supina, quia propter rationem præcedentis negligentia volita censetur, minime excusat, l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. qui contra 4. C. de incest. nupt. cap. 1. de postulat. Prelat. cap. cum in tua 6. qui matrim. accus. possunt. l. nec supina 6. ff. de jur. & facti ignor. Gabr. commun. sub tit. de regulis Juris, concl. 6. num. 43. Sebast. Medic. de casibus fortuitis part. 1. quest. 3. num. 10. Sfort. de in integr. restitut. part. 1. quest. 8. num. 57. & 58. quia regulariter pro scientia habetur. l. etsi consensus §. ignorantia 1. ff. de contrab. empt. l. nec supina. ff. de juris & facti ignorant. gloss. in cap. 1. §. similiter. in verb. scientes. quibus modis feud. amitt. Carpzovius part. 2. constit. 50. defin. 3. num. 5. gloss. in cap. eos. in verb. affectata. extra de tempor. ordin. in 6. latè Gail. 2. observ. 48. num. 12. & seqq. rationem vide in eleg. can. ult. distinct. 37. veluti si quis in facto publico ignorantiam prætendat; nam talis ignorantia non excusat, quia in iis, quæ publicè nota sunt, scientia præsumitur, veluti in edictis publicis, in his enim non est necesse singulos convocare, & contenta edictorum omnium auribus inculcare, cap. quod dicitur. distinct. 16. Gail. d. loc. quam observationem vide per tot.

Limita, quod non procedat in edictis, quæ non proposita sunt, aut ad notitiam non pervenerunt. l. 1. §. 3. Quest. sent. sine appell. ubi Welsenb. num. 2.] Hinc etiam fit, ut ignorantia facti proprii non excuset tanquam crassa & improbabilis, l. quanquam 2. ff. ad Vellejan. cap. ab excommunicato 41. in fin. de rescript. Socin. reg. 219. Mant. Paralip. cap. 44. Marant. in repet. l. is potest. num. 227. ff. de acquir. bar. Gail. lib. 2. observ. 48. num. 19. Sfort. d. quest. 8. num. 61. Mascardus conclus. 637. n. 3. & conclus. 879. num. 40. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. num. 32. Cardinalis Tuschus tom. 4. lit. I. concl. 22. num. 1. & 10. & conclus. 23. num. 25. Præterquam in illis casibus, in quibus circumstantiis negotii, & personarum etiam in factis propriis admittitur probabilis excusatio, veluti quando factum est antiquum, [l. peregre 44. ff. de acquir. possess. Socin. in reg. 219. in secund. fallent. Pacian. conf. 33. num. 49.] in quo sit verosimilis oblitio, secundum Marant. in d. l. is potest. num. 227. in 3. limit. ff. de legat. 1. Gail. d. observat. 48. num. 20. Sebastian. Medic. de cas. fortuit. part. 1. quest. 3. num. 17. Cardinalis Tuschus d. lit. I. concl. 22. num. 15. vel quan-

do factum est intricatum & obscurum, Marant. in repet. d. l. is potest. num. 227. in 4. limit. Gail. d. observat. 48. num. 207. vers. item si factum. Sfort. d. quest. 8. n. 28. Menoch. d. præsumpt. 23. num. 41. Vel in eo, qui multis negociis implicatus est, Marant. d. num. 227. in 5. limit. Medic. d. quest. 3. num. 12. & 18. Honded. conf. 55. num. 57. & 58. lib. 1. Menoch. d. præsumpt. 23. num. 47. & 48. aut in extremis laborat, Marant. d. num. 227. in 2. limit. Seraphin. de privileg. juram. privileg. 4. num. 28. Mascard. de probat. concl. 879. num. 51. cum seqq. Menoch. de præf. 23. num. 49.

Sic etiam licet regulariter ignorantia facti alieni in dubio præsumatur, & excuset, l. verius 21. ff. de probationib. l. hoc autem 6. ff. de administr. tutor. l. fin. in fin. ff. pro socio, cum aliis citatis per Honded. conf. 9. num. 35. & conf. 55. num. 48. & conf. 109. num. 26. lib. 1. Gabriel. comm. tit. de Regulis Juris, conclus. 5. num. 11. Gail. dict. observat. 48. à num. 1. & 19. vers. secus. Menoch. d. præsumpt. 23. à n. 51. Sfort. dict. quest. 8. à num. 55. & num. 60. & quest. 38. num. 5. non excusat tamen, [ubi quis tenetur investigare. l. regula 9. verb. diligenter. ff. de Juris & facti ignor. l. 3. §. sed si 4. ff. de in rem vers. l. qui hominem 34. §. si nullo 4. ff. de solution. cap. innotuit 20. vers. habito ergo. ibique gloss. in verb. ignorantiam. de Elect. cap. pen. de Regulis Juris, gloss. in cap. penult. eod. tit. lib. 6. in cap. in nos. verb. scienter. de temp. ord. eod. lib. Cravett. conf. 962. p. 5. num. 13. Unde sic ignorans dicitur in lata culpa, Castrenf. conf. 295. num. 2. Hinc talis ignorantia, quando quis tenetur investigare, dicitur habere mixtam negligentiam non investigando, Castrenf. conf. 168. circ. fin. p. 2. & ideò alleganti ejusmodi ignorantiam tanquam negligenti jura non subveniunt. Gylm. 4. vot. 37. num. 49. Rol. à Vall. conf. 72. n. 20. lib. 3. vel [ubi aliquid proponitur, propter quod & potuit & debuit sciri per medicrem diligentiam, ut quia factum velet publicum, d. c. 1. de postulat. Prelat. c. cum illorum, de sent. excomm. Gabr. d. conclus. 5. a num. 18. Mascard. conclus. 879. num. 11. 12. 16. & 17. Menoch. d. præsumpt. 23. num. 68. cum seqq. Sfort. d. quest. 8. num. 67. Sebastian. Medic. d. quest. 3. num. 4. vers. si erat publice notum. & num. 10. vers. 8. vel notabile, grave, & ponderosum, Mascard. d. conclus. 879. num. 49. Menoch. d. præsumpt. 23. num. 81. & 82. Card. Tusch. d. lit. I. conclus. 22. num. 16. [Hinc etiam

iam quod ignorantia & errore commissum est, saepe poenam meretur. l. 1. de Legib. l. ult. §. 10. de publ.]

XIII.

IGNORANTIA Juris non praesumitur, ac proinde non excusat, cap. ignorantia 13. de Regulis Juris. lib. 6. Gail. 2. observat. 48. num. 22. Gabr. sub tit. de Reg. Jur. conclus. 7. num. 1. Paris. conf. 68. a num. 302. lib. 4. Valasc. de Jur. empbyteut. qvest. 38. num. 15. Sebastian. Medic. d. qvest. 3. n. 1. Menoch. d. praesumpt. 23. a num. 10. Sfort. d. qvest. 8. num. 39. & 40. Cardin. Tusch. d. lit. 1. conclus. 11. num. 1. & 2. Leges enim scire omnes debent, & lata culpa est Juris dispositionem ignorare. l. leges sacratissime 9. Cod. de Legib. [Bartol. in l. quod Nerv. num. 3. & 7. ff. de posit. Gail. 2. observat. 48. num. 17. Welenb. lib. 1. conf. 33. num. 5.] Socinus consil. 108. num. 12. vers. & licet. Aym. consil. 671. num. 11.

Amplia procedere non tantum in ignorantia Juris divini, naturalis vel gentium. cap. turbatur 12. §. notandum 1. qvest. 4. l. 2. ubi gloss. C. de in jus vocand. Gloss. in sum. 38. distinct. Ign. in l. 3. §. si conditioni. a num. 3. ff. ad Syllanian. Sed etiam in ignorantia Juris humani, sive communis, sive municipalis, vel statutarii, ut per Gabr. d. conclus. 5. num. 12. Sebastian. Medic. d. qvest. 3. num. 42. vers. item statuti ignorantia, Gail. d. observ. 48. num. 29. Mascard. d. conclus. 879. Cardin. Tusch. d. lit. 1. conclus. 11. n. 3. nisi civis esset novellus, [& qui parum moram traxit, eo in loco, ubi statutum illud viget. Ludovicus Romanus conf. 251. n. 3.] in quo tunc statuti ignorantiam praesumi, & ipsum excusari voluerunt, Gail. d. observ. 48. num. 28. Seraphin. d. privileg. 4. num. 117. cum seqq. ubi etiam resolvit, quod licet ignorantia nedum Juris, sed etiam statutorum, seu constitutionum non excuset, bene tamen excusat ignorantia alicujus Extravagantis non positae in librorum, statutorum, seu constitutionum corpore.

Limita tamen, quando ignorantia Juris habet admixtam ignorantiam, seu errorem facti, Socinus conf. 47. num. 11. lib. 1. Mascard. conclus. 639. num. 20. Cardin. Tusch. d. lit. 1. conclus. 13. num. 18. Vel quando jus est dubium, obscurum, difficile, seu arduum, Sebastian. Medic. d. qvest. 3. num. 1. vers. nisi esset. Sfort. d. qvest. 8. num. 44. Seraphin. d. privileg. 4. num. 16. & 17. Mascard. conclus. 639. num. 19. Ignorantia Juris nunquid excuset rusticum, militem, vel minorem? vide Sfort.

d. part. 1. qvest. 9. Card. Tusch. d. lit. 1. conclus. 13. late Farin. fragm. crim. part. 2. verb. Ignorantia. num. 273. cum multis seqq. [Adde Bald. in l. venditioni. num. 3. C. de usucap. pro emptore. ubi eundem in minore praesumi probat per l. 9. §. 1. ff. de jur. & fact. ignor. juris enim ignorantiam in eo facilius praesumi quam in alio, ex l. cum de indebito 25. §. si autem 1. ff. de probat. confirmant Bartol. Alexand. & alii in l. ne passim. Cod. de jur. & fact. ignor. Cephal. 377. num. 58. vol. 3. Corn. conf. 26. num. 19. vol. 2. Bald. conf. 445. col. fin. vol. 3. Aretin. conf. 67. num. 9. Decius conf. 445. num. 35. sicuti & de foemina sive muliere idem respondit. Decius conf. 351. in fin. vid. Ruin. conf. 60. nu. 25. vol. 3. ubi ait, quod mulieri & minori quidquid agunt, praesumantur agere per ignorantiam & simplicitatem, adeo quidem, ut etiam si super actu, qui geritur, minor jurasset, adhuc tamen non praesumatur actum illum scire, juxta Balt. in rubr. C. de rer. permut. num. 4. quia etsi juramentum eum faciat majorem, per hoc tamen eum non facit sagacem & prudentem, ut ait Socinus conf. 263. num. 2. vol. 2. quem sequitur Curtius jun. conf. 121. num. 17. Menochius conf. 401. num. 202. vol. 5. dicens praesumptionem esse minorem ex simplicitate quid fecisse, quod idem & de foemina dicendum esse, quae minori quoad consilii fragilitatem equiparatur, confirmant Imol. in c. cum contingat. de jurejur. Corn. conf. 124. in pr. vol. 3. Soc. jun. conf. 50. num. 4. vol. 3. Vult. 3. conf. 29. num. 152.

XIV.

Quoties quis agit de damno rei suae amittenda, toties ei ignorantia Juris non nocet. l. 7. ff. de jur. & facti ignor.

Ratio: quia Error non est sufficiens rei meae adimenda vel amittenda causa. Exemplum est in eo, qui in jure errans semet obligavit.

Limita: ut quoad damnum rei amittenda potissimum inspicatur tempus solutionis, non Conditionis, Conf. Brunnem. ad d. l. 7. in fin.

XV.

Quoties quis agit de damno rei amissa, & ita de lucro, toties ei ignorantia juris nocet. Quia lata culpa est ignorare ea quae legibus continentur; haec vero poenam meretur, non lucrum. Exemplum est in usucapione, ubi error juris nocet. l. 31. pr. ff. de usucap. Idem est in solutione legati vel fideicommi. non deducta quarta, l. 9. §. 5. ff. de ignor. jur. & facti.

Limita, in minore & milite, Conf. Zoës. ad ff. b. t. n. 7.

XVI.

IGNORANTIA semper praesumitur in dubio, nisi scientia probetur, l. veri-

verius 21. ff. de probat. cap. presumitur 47. de Regulis Juris. lib. 6. Fr. Vivius lib. 3. de eis. 505. n. 19. Socin. reg. 3. ubi limitat tribus modis. Lap. alleg. 90. num. 4. in fin. Calderin. conf. 84. num. 2. vers. circa secundum. alias conf. 4. de offic. legat. & conf. 366. in fin. alias conf. 37. de testam. Roman. conf. 273. Clarum est. num. 2. Anton. Gabr. commun. lib. 6. tit. de Regulis Juris. conclus. 5. ubi ponit ampliaciones & limitationes, Menoch. remed. 16. recuper. n. 28. & de arbitrar. quest. 72. n. 3. & de presumpt. lib. 6. presumpt. 23. num. 51. Mascardus de probationib. concl. 879. Surdus decif. 221. in princ. & num. 14. & decif. 246. num. 8. & conf. 7. n. 35. & conf. 73. n. 42. Olafch. decif. 71. n. 23. Joseph. Ludovic. Perns. decif. 19. num. 22. Magon. Lucens. decif. 49. num. 11. Azeved. l. 2. num. 10. cum seqq. tit. 20. lib. 6. nova recopil. Brunor. à Sole in locis communib. verb. Ignorantia 5. Flores de Medina var. lib. 1. quest. 3. num. 5. Sayr. in clau. Regia. lib. 3. cap. 5. num. 4. cum seqq. Sanchez. de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 4. Mar. Anton. var. resolut. lib. 3. resolut. 29. n. 12. Anton. Monach. Florent. decif. 7. n. 15. Cardinal. Tusch. d. tom. 4. lit. I. conclus. 23. per totam. Glorit. resp. 6. n. 76. & resp. 10. n. 109. Castill. controvers. lib. 5. part. 2. quest. 127. n. 47. Stephan. Gratian. decif. 69. num. 20. Intrigl. conf. 1. n. 76. lib. 1. Mangil. de imputat. quest. 113. n. 11. & 9. 135. n. 15. Plures limitationes refert Farin. Fragm. crim. p. 2. lit. L. num. 104. cum multis seqq.

XVII.

IGNORANS nihil agere, nec consentire censetur, l. mater decedens 19. ff. de inoffic. testam. l. in repudianda. de acquir. hered. Confil. Arg. 1. conf. 24. num. 87. Castrenf. conf. 46. Viso & examinato n. 2. vers. sed breviter. lib. 2. & conf. 377. num. 2. lib. 1. ubi quod pacisci non dicitur, qui ignorat, vel errat, Alex. conf. 2. Ex narratis. num. 9. lib. 4. ubi quod consentire nec dissentire dicitur ignorans, nec confirmare factum quod ignorat. Abb. conf. 20. n. 2. lib. 2. ubi quod renunciare nemo dicitur Juri, quod ignorat, nec exheredare dicitur miles filium, quem ignorat habere, Romanus conf. 273. Clarum est. col. 1. in fin. vers. ad hoc autem. ubi quod ignorans non renunciat jus ignoratum, & conf. 409. num. 2. cum seqq. ubi quod ignorans dicitur legitimo impedimento impeditus, & donec durat ignorantia, durat impedimentum, refert Cardinalis Tuschus tom. 4. lit. I. conclus. 17. per tot. Nam ignorans dubio compa-

ratur. Surdus decif. 265. num. 17. ubi n. 47. & 62. limitat, quando dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari.

XVIII.

IGNORANS non dicitur negligere, nec contemnere jus suum. l. nec ignorans 10. C. de donationib. l. si quis in gravi. §. 4. in fin. ibi: ignoratum. ff. de SC. Syllan. l. generaliz. C. de Tabular. lib. 10. l. genero 8. ff. de bis qui not. infam. cap. quod diversitatis, de concess. prebend. Cravett. conf. 226. n. 6. vers. non obstat. & num. 7.] Surdus decif. 25. num. 30. & conf. 7. num. 15. cum seqq. & conf. 454. num. 51. Farinac. in praxi crim. p. 4. conf. 96. num. 33. Menoch. conf. 120. n. 37. ubi quod ignorans non dicitur ratificare. [Imò ignorans nihil facit, ut inquit Paul. de Castro in l. servitutes. n. 11. ff. de servit. Conf. Arg. 1. confil. 24. n. 87. Unde etiam ei nihil potest imputari, l. fidejussor 129. in princ. ff. mandat. Marc. Mant. sing. 127. Conf. Arg. conf. 67. num. 25. lib. 1. Sic non contemnere dicitur constitutiones Imperii. argum. l. si ignorans 50. ff. locat. gloss. sing. in l. 1. verb. latrones. ff. de receptatorib. & ibi Bartolus in §. in pari. n. 2. Idem in fin. n. 2. ff. si quis testam. lib. esse juss. & in l. omnes. n. 1. C. de Agricol. & Conf. Bald. in c. a nobis. num. 1. extr. de except. Gail. 2. de P. P. cap. 10. n. 7. sicut nec dominum. l. fin. ff. de operib. publ. d. l. generaliz. C. de Tabellar. Gail. 2. obs. 43. n. 6.]

XIX.

IGNORANTI non currit tempus, l. quandiu 5. C. qui admitti. l. genere 8. de bis qui not. inf. Dan. Otto de jure publ. cap. 10. pag. 171. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 11. q. 4. num. 38. cum. seqq. Cald. Pereira de renov. Emphyt. q. 7. n. 13. cum seqq. Surd. conf. 371. n. 86. Joh. Bapt. Cost. de fact. scient. & ignor. in sp. 87. n. 5. & in sp. 88. num. 2. [sic uti nec præscriptio. l. 1. §. fin. C. de annal. except. Bart. in d. l. genere de bis qui notant. infam. Schurff. conf. 61. num. 6. cent. 1. incip. licet in presenti. Gail. 2. obs. 105. num. 5. nam qui nescit expertundi potestatem non videtur habere. l. 56. de Edil. Ed.]

CAP. VII.
De Ignotis.

Axioma 1.

Ad Ignota renunciatio non extenditur, l. mater 19. vers. ceterum. ff. de inoffic. testam. Fulgol. ad l. 2. n. 5. Cod. de rescindend. vendit. Gail. 2. obs. 48. n. 12. II.

Ad Ignota juramentum non porrigitur. l. fin. Cod. de non numer. pecun. cap. veniens 16. de jur. jur. Gail. 2. obs. 41. n. 3.

CAP.

CAP. VIII.
De Illatione.

Axioma I.

ILLATIO non fit à diversis, l. ult. in fin. & ibi Bart. ff. de calumniatorib. l. Papi-
nianus exuli 20. ff. de minorib. l. inter stipu-
lantem 83. §. Sacram. 5. ibi: sed hæc dissimi-
lia sunt. ff. de verb. oblig. l. naturaliter 12.
§. nihil commune 1. ff. de acquir. poss. Lancel.
de attent. part. 2. cap. 12. limit. 2. num.
2. Paris. cons. 18. n. 10. vol. 1. Socinus cons.
18. num. 41. vol. 1. Mar. Anton. var. reso-
lut. lib. 1. resolut. 106. num. 42. & lib. 2. reso-
lut. 1. num. 9. Stephanus Gratianus discept.
forens. tom. 3. cap. 516. num. 6. cap. 524. num.
56. Anton. Monach. Bononiens. decis. 6. n.
5. & decis. 19. num. 34. Cancer. variar. part.
2. cap. 5. num. 131. Surdus cons. 150. num. 94.
& cons. 460. num. 59. & cons. 552. num. 17.
Johan. Mar. Novar. quest. forens. lib. 1.
quest. 15. num. 6. Quod procedit, etiam si
diversitas sit in sola ratione. Menochius
cons. 106. num. 304. Stephan. Gratian. di-
scept. forens. tom. 5. cap. 859. n. 20. Rot. apud
Paul. de Rubes decis. 116. num. 46. & decis.
218. num. 28. & decis. 255. num. 20. tom. 2.
diversaliàs p. 2. recent.

De illegitimis liberis vid. Rubr. de
Bastardis. Quomodo succedant,
vid. Successio ab intestato.

CAP. IX.
De Illicito.

Axioma I.

Ea quæ illicitæ, & contra jura, legum prohi-
bitionem, bonosque mores sunt, ne quidem fa-
cere nos posse credendum est. §. 1. ibique We-
senb. Instit. de jur. personar. l. non dubium 5. C.
de LL. l. 35. l. 61. ff. de V. O. l. 7. §. ait Prætor. 7.
& §. & generaliter 16. l. 27. §. pacta 4. l. jus agna-
tionis 34. ff. de pact. Gœdd. 1. cons. Marp. 26. n.
323. Unde sicuti illiciti, veluti ejus, quod de ju-
re est impossibile, nulla est obligatio, ita nec colla-
tio, quia nec in familiæ hereditundæ judicium
venit. l. 4. §. 1. ff. famil. heredit. ideoque nec of-
ficiū judicis, quod circa collationem obtinet, l.
si soror 8. C. de collat. Vital. Nemaus. in tr. de coll.
ubi de personis. n. 25. in fin. intercedere potest &
jubere ejusmodi rei illicitæ collationem fieri, d. l.
4. §. 1. Gœdd. d. cons. n. 324.

II.

Illiciti qualitas ex ipsa re ipsoque facto colligi-
tur. arg. l. si non conviciū 5. C. de injur. Gail. de P.
P. lib. 1. cap. 7. num. 13. Paris. cons. 52. num.
33. & cons. 78. n. 16. vol. 4. Gœdd. 2. cons. Marp.
28. num. 67. atque ideo cum illiciti quid sit,
semper præsumitur fraudulenter & dolo malo
factum, d. l. si non conviciū. l. 1. ubi gloss. C. unde

vi, cap. 1. extr. de præsumpt. Plot. in l. si quando.
num. 264. C. unde vi. Cephal. cons. 113. num. 20.
vol. 1. Farinac. 1. cons. crim. 30. num. 30. Wesenb.
1. cons. 19. num. 8. cons. 33. num. 7. & 2. consil. 53.
num. 21. Idem in §. quia tamen. num. 1. vers. ea
tamen probanda. Inst. de vi bon. rapt. & in §. item
Lex Cornelia. num. 2. Inst. de publ. judic. Gœdd. 3.
cons. Marpurg. 28. num. 152. quo fit, quod illiciti
qualitas hoc ipso probetur, quia non probatur
contrarium. Mascard. de probat. conclus. 419.
concl. 815. num. 2. Gœdd. dict. consil. 28. num. 162.
Unde & illiciti juramenti transgressor multo me-
lior quàm servator esse dicitur, cap. ubi periculum
3. §. ceterum. in fin. de Elect. in 6. Myns. resp. 49.
num. 3.

III.

Illicitæ rei dans operam, tenetur de omni eo
quod consequitur, l. 6. C. ad L. Jul. de vi pub. ubi
vid. not. Carpz. 1. q. crim. 1. num. 29.

IV.

Pœna illiciti non extenditur ad res licitas.
Hinc ob res vetitas navi impositas licitæ in com-
missum non cadunt, nisi Dominus licitarum de-
dolo participet. Perez. C. de Navicul. n. 8. seqq.

CAP. X.
De Illiterato, Imperito,
Ignorante.

Axioma I.

Illiteratus puerille dici non debet, qui pro æ-
tate didicit, quique ostendit pro tempore profice-
re posse. Card. de Turre Cremat. in cap. illiteratos.
36. distinct. & ibi Geminian. Rebuff. in tr. de pa-
cific. poss. num. 263. Menoch. 2. quest. arbit. r.
cas. 405. n. 59.

II.

Illiterati omnia temerè affirmant. Cujac. ad l.
1. de Reg. Jur. Cognito facto perito homini jus in
facili & in proclivi est, imperito neque pes ne-
que caput sermonis uspiam apparet. Cujac. in
presat. recit. in libr. resp. suor. vid. supra lib. 1. cap.
Arrogantia.

III.

Illiterati possunt ad magistratum promoveri,
modo facultatibus abundant. Multa enim in
Republ. sunt officia, quæ scientiam literarum
non requirunt, sed naturalem quandam vigorem
& Experientiam. Perez. C. de Decur. n. 5.

IV.

Ab illiterato si contractus fit in Civitate in
scriptis supra libram auri (h. e. 72. solidos, Go-
thofr. ad Nov. 173. c. 9.) tunc requiritur ut adsint
5. testes bonæ opinionis, quia imperiti facilius ne-
gant ea, quæ literis sunt comprehensa. Si vero
sine scriptis contrahitur, sufficit Contractum tes-
tibus vel juramento probari. Contractus ve-
ro ruri celebrati manent veteri loco, secundum
observantiam cujusque loci. Bronnem. ad autb.
sed novo jure. C. si cert. peratur.

CAP. XI.
De Illustribus.

Ee 4

Axioma

Axioma I.

Illustres per se litigare prohibiti sunt Ziegl. *Jur. Canon. p. 685.* in foro tamen Saxonico per procuratorem jurare non possunt. *Carpz. Proceff. Tit. XI. art. 2. n. 32. seq.*

II.

Illustres personæ opus non habent curatore ad litem. *Carpz. P. 2. decis. 142. n. 4.* & ex contractu mutui sine curatore obligantur. *ibid. n. 6. limitationes vid. n. 7. seqq.*

III.

Illustres personæ quænam apud Romanos fuerint, vid. *Carpz. P. 3. Q. 118. n. 66. seqq.*

CAP. XII.

Imaginarium.

Imaginarium dicitur, quod non verè sed simulatè dicis causa tale est, seu ut Modestinus. *in l. contrahit 25. de R. I.* definit, in quo fides facti simulatur veritate non intercedente. Vide Philip. Matth. *ad l. 16. de Regulis Jur. n. 3.* & *ibidem* Hyppolit. à Coll. *conf. inf. tit. de simulat.*

CAP. XXIII.

De Imaginibus vide.

Rubr. de Insigniis.

Axioma I.

Imagines Mimorum & Scenicorum non debent poni in locis, ubi Imperatorum imagines ponebantur; In aditu Circi & Theatri tamen poni eas licet. *l. 4. C. de Spectac. & scen. Perez. C. ibid. n. 12.*

II.

Insignia majorum Magistratuum olim erant Mulierum imagines, Provincias indicantes, item Codices qui librum mandatorum representabant, denique vultus Principum. Hodie insignia Gentilitia imaginibus successerunt *Perez. C. ut dignit. ordo servetur n. 7.* Consulium Insignia erant toga prætexta, h. e. purpurea circumtexta, stola latis clavis distincta, Calcei aurati & cum securibus fasces prælati, & Stella Curulis à Principe data *Perez. C. de Consul. n. 12.* Comes Palatii auream virgam gestabat. *Perez. C. de Comit. & Trib. Schol. n. 12.* Rectorum, Consularium, Correctorum (qui scilicet mediis Provinciis præerant) insignia erant Chlamys & Ensis. *Perez. C. de Apparit. Procons. n. 7.* Consules & quidam proconsules fascibus & securi, vehiculo argenteo & cohorte utebantur. *Perez. d. l. n. 2. in fin. seq.*

III.

Insignia Principis ob securitatem sive salvas Guardias nemo ædibus suis præfigere potest, nisi permissu ipsius principis; Dux enim belli hoc non potest concedere. *Perez. C. de erogat. milit.annon. n. 26.* & principis imaginem ad alicujus injuriam portare injuria est. *Petr. Gregor. Tholos. lib. 38. c. 3. n. 30.*

IV.

Imaginum principis violatio vel percussio

quidnam crimen, quæve ejus sit poena. *Petr. Gregor. Tholosan. lib. 35. c. 7. n. 15.*

CAP. XIV.

De Imbreviaturâ.

Imbreviatura accipitur à doctores pro primâ quasi delineatione & ut loquimur, Concepto, sive Codice conceptorum variorum quæ facit Notarius, unde postea in mundum redigat instrumenta. *Rittersbusf. ad Novell. P. 9. Cap. 24. n. 4.* an vero probet ejusmodi Notariorum imbreviatura vid. *Petr. Gregor. Tholos. lib. 47. cap. 42. n. 6.*

CAP. XV.

De Immissione.

Axioma I.

Immissio decreta & facta intelligitur salvo jure tertii. *Mev. P. I. Decis. 141.* nec statim alterius, qui in fundo est, ejectionem infert. *ibid. Decis. 142.*

II.

Immissio tribuit Creditori possessionem & usum fructum excluso debitore. *Mev. P. I. Dec. 208. num. 1. & Part. 7. Dec. 69. n. 1. Carpz. L. 5. tit. 3. Resp. 19. n. 17. seqq.*

III.

Immissio ex secundo decreto fieri non debet, nisi debitum sit liquidum. *Mev. P. I. Dec. 206.*

CAP. XVI.

De Immobilibus.

Immobilia bona non sequuntur conditionem personæ, sicut mobilia. *l. 1. C. de impon. lucrat. descript. cap. 1. §. si verò de pac. tenend. 2. l. 28. Gilman. 4. 1. vot. 3. num. 6.*

CAP. XVII.

De Immunitate.

Axioma I.

Immunitas concessa non intelligitur ab his, quæ sunt necessitatis, *l. 1. C. ut nem. lic. si ab Empt. l. jubemus. C. de SS. Eccl. Heig. p. 1. quest. 18. num. 23.* Ant. Fab. *in Cod. de mun. patr. desin. 26.* Egid. Thomat. *in tract. de Collect. §. nobilitas.* Enenckel. *de privileg. cap. 5. num. 75.* Mynt. *4. observ. 70.* Gail. *lib. 2. observ. 52.* & belli tempore inducuntur. *Wintzler. de Collect. dec. ad. 6. num. 13.* Remig. *de Genny de charitat. subsid. quest. 59. num. 35.* Lucan. *de fsc. p. 3. num. 23.* Cacher. *dec. 39. num. 14. & 20.* præsertim si necessitas tanta, ut sustineri non possit, nisi perveniatur ad exemptos. *Vasq. 4. contr. 6. Mart. de jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 9. num. 24.* Bidenbach. *quest. nobil. 19. n. 2.* Curt. *jun. conf. 61. num. 14.* Nat. *conf. 275. num. 4.* Nolden. *de stat. Nobil. c. 11. num. 96.* Rol. à Vall. *conf. 80. n. 23. vol. 3.*

II.

Immunitates concedere spectat ad supremum Principem, *l. sunt munera 11. ff. de vacat. muner. l. 24.*

l. vacuatis. 19. C. de decur. Paris. conf. 69. Joseph. Ludov. 10. decis. 3.

III.

Immunitas mediante contractu impetrata, temerè nec revocanda nec infringenda, late Natt. 2. conf. 397. num. 9. sed sustinenda, maxime si ex causa onerosa descendat. Cacheran. consil. ultim. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 14. num. 136. v. tract. nostrum de metat. part. 5. section. 2. cap. 1. num. 14. & fortior est ceteris. Alber. conf. 1. num. 2. Neviz. conf. 66. num. 44. Cephal. conf. 58. num. 38. ubi dicit, in ea latiore esse faciendam interpretationem. Rolandus à Valle conf. 70. n. 13. & seq. vol. 2. & decis. Pedem. 91. n. 13. Unde & plenior ea immunitas interpretanda venit, ex qua donatio facta fuit ex causa remunerationis meritorum. Sylvan. consil. 98. num. 16. neque potest per concedentem revocari, si non contractum transiverit. Marfil. sing. 337. Rest. in tract. de Imperat. q. 55. & 94. num. 11. Grammat. decis. 65. n. 25. Roland. conf. 5. num. 8. volum. 1. & conf. 13. num. 24. vol. 3. Cum talis per contractum concessa magis ad verbum servanda, & potius extendi quam restringi debeat. Paris. conf. 69. num. 5. vol. 1. Alber. conf. 2. num. 2. Nevizan. inter Consil. Brun. conf. 12. num. 29. Natta conf. 397. num. 9. & 10. Rolandus à Valle conf. 76. num. 18. Sylvan. conf. 66. num. 18. Hinc concluditur, quod immunitas, quæ ex pacto & contractu fuit concessa, realis non personalis censetur. Sylvan. conf. 66. num. 31. Jason. conf. 217. volum. 1. vers. 1. num. 2. Bellon. in consil. 29. num. 9. Festus dist. part. 4. quest. 22. num. 11. Jason. consil. 217. volum. 1. Decius conf. 262. num. 8. Bertazol. 1. conf. decis. Conf. 42. num. 44.

IV.

Immunitas à muneribus patrimonialibus non tribuit exemptionem à personalibus, multò minus à Jurisdictione & foro. Alexand. conf. 177. num. 23. vol. 2. concessio enim immunitatis non tribuit omnimodam civitatis liberationem, adeò quidem, ut etiam statutum loquens de civibus, locum habeat in civibus exemptis, non subeuntibus munera. Bart. in l. 1. n. 17. ff. ad Municip. Bald. in l. urbe. de stat. hom. Gilm. 4. i. vol. 30. num. 245.

V.

Immunitatis generalis concessio casus insolitos & publicam utilitatem concernentes non comprehendit. Cacheran. decis. 91. num. 1. Capell. Tholosan. decis. 349. & ibi Stephan. Auffer. num. 9. Expoll. cautel. 63. Vivius in Contr. 4. opin. verb. Immunitas. Gilmann. dist. vol. 30. n. 201. nisi quando concedatur sub ejusmodi verbis geminatis *omni quocunque*, tunc enim & casus improvisi veluti bellorum pestis & similes includuntur, licet non exprimentur. Cacheranus decis. 39. num. 21. Gilmannus dist. loc. numero 202.

VI.

Immunitatis concessio cum effectu fieri nequit, nisi cum clausula, non obstante *l. vacuatis* 19. C. de decur. Vest. de asim. p. 4. num. 1. Boff. in pr. crim. tit. de princip. n. 135.

VII.

Immunitas ex observantia subsecuta declara-

tur. Bart. conf. 59. Commune Spoleti. n. 3. Cravetta conf. 101. num. 3. & 4. Alber. conf. 64. num. 31. Natt. conf. 406. num. 28. Sylvanus conf. 66. num. 20. & conf. 88. num. 27. Bertazol. 1. conf. decis. conf. 21. num. 15.

VIII.

Immunes in sua libertate sunt manutenendi & conservandi. Castrensi. conf. 323. Postremo. volum. 1. vol. 1. Cravett. conf. 111. n. 10. Boff. in tit. de fisco & privileg.

IX.

Immunitas manet firma in casibus non exceptis. Alex. conf. 215. col. 1. vol. 2. Dec. conf. 151. n. 1. ant. fin. Unde si excipitur unicus tantum casus unius oneris, firma remanebit immunitas in ceteris oneribus non exceptis. Bertazol. 1. conf. decis. conf. 21. n. 5. maxime si clausula taxativa & non ultra, quæ alia excludere solet, addita sit. l. fin. in princ. C. de mod. nulli. l. eos 26. §. 1. C. de usur.

X.

Immunitas semper est perpetua. Abbas in l. antepen. in fin. ff. de annis Legat. Tiraquell. in repet. d. hoves. §. hoc sermone. limit. 8. num. 4. ff. de P. S. Bertazol. 1. conf. decis. conf. 28. n. 29.

XI.

Immunitas est favorabilis, cum res ad primævam naturam reducit. Sylvan. conf. 66. num. 19. Nicolaus Fest. in tract. de collect. part. 4. quest. 22. num. 8. & 19.

XII.

Immunitas concessa ab omni onere, frey seyrt von allen Beschwerden/ ad omnes immunitatis species est trahenda. Cravett. Conf. 447. n. 5. Belsold. Thes. pract. verb. Beschwerung. non tamen extendenda ad onera, quæ imponuntur ratione belli, licet concessa sit immunitas ab oneribus ordinariis & extraordinariis, solitis & insolitis. Cravett. Conf. 294. Natta conf. 63. 274. 275. 310. 398. & 408. vol. 1.

XIII.

Immunitate onerum personalium gaudent Doctores, non patrimonialium. Thoming. decis. 55. Viv. 1. dec. 162. n. 11. seqq.

XIV.

Quæcunque immunitas lege tribuitur, ea integrum personarum ordinem, quæ verò ex privilegio est, ea unam tantum personam eximit. Ziegl. de Jur. Majest. p. 876.

XV.

Immunitas ab alimentis ministrorum Ecclesie nec à Pontifice concessa valet. Ziegl. in Jur. Canon. p. 609.

XVI.

Immunitas in dubio concessa censetur etiam pro bonis postea quæsitis vel quarendis. cap. qui circa 22. extr. de privileg. Bartol. in conf. 59. Commune Spoleti. dub. 2. n. 4. Baldus conf. 407. Super sacro. dub. 2. volum. 5. Aretin. in l. si ex toto. in princ. col. 2. ff. de legat. 1. Alexan. conf. 168. & conf. 195. dub. 2. vol. 2. Bertazol. 1. consulti. decis. 27. n. 30. Paris. conf. 68. n. 9. & 10. vol. 1. Carpz. p. 4. jurispr. forens. conf. 6. definit. 8. n. 8. Hyppolit. de Marfil. in pract. §. aggredior. n. 143. Cacher. decis. 136.

XVII. Immu-

XVII.

Immunitas non est concedenda in præjudicium Civium, *Brunnem. C. de decur. Col. 9.*

XVIII.

Immunitatem allegans, eam sibi ritè concessam esse probare debet, etiamsi liberalem artem exerceat *l. 4. C. de Excusat. mun. Perez. eod. n. 2.* imò ut præstatione Canonis alteriusve oneris publici quis liberetur, requiritur Concessio principis & 40. annorum possessio *l. fin. C. de fund. patrim. sine Concessione principis enim in his nulla præscriptio procedit, nisi immemorialis. Perez. C. eod. n. 15. 17.*

CAP. XIX.

De Impedimento.

Axioma I.

Multa contrahendo præstant impedimentum, quæ non dirimunt contractum. *l. 1. §. origo. vers. casum. de postulat. ubi vid. gloss. hoc amplifican- tem & declarantem.*

II.

Culpæ reus est, qui impedimentum non amovet, cum possit. *l. quib. diebus 40. in pr. ff. de condit. & dem. Dd. ad l. qui potest facere. ff. de R. I. c. fin. extr. de Elect. Goedd. 1. cons. Marp. 24. n. 66.*

III.

Impedimentum non juvat in causa, quæ potest expediri per procuratorem. Vant, *in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. jur. n. 161. Alexand. in l. quasitum. §. fin. de re judic. Josephus Ludovic. part. 1. decis. 36. num. 6.*

IV.

Quot sunt impedimenta, tot debent esse sublationes impedimentorum, *l. de pupillo 5. §. si in pluribus 16. ff. de nov. oper. nunc. Lud. Roman. cons. 326. n. 3.* Unde, ubi plura impedimenta obstant, non sufficit alterum tantum auferre, quia alterum impedit quod non est sublatum, *l. si non lex 83. ff. de hered. inst. l. si domus 21. ff. de serv. urb. præd. Bald in l. 1. C. de furt. Natta tom. 1. cons. 194. num. 10.*

V.

Impedimentum non excusat cum suo facto, quis illud sibi imposuit. *arg. l. si fidejussor 7. §. si necessaria 1. ff. qui satisd. cog. Menoch. 2. arbitri. judic. cas. 337. num. 20.* sicut nec excusat, quando tolli potest. *Decius cons. 677. Oldrad. cons. 247. circa med. Baldus in l. quibus ff. de condit. & demonstr. per cap. fin. extr. de elect. & cap. Romana 3. extr. de appellat. Crot. cons. 87. n. 5. Natta cons. 60. num. 3. lib. 1. Joseph. Ludovic. decis. 36. num. 1. in fin.* Impeditus enim is non dicitur, qui de facili impedimentum remove potest. *Baldus in l. sed etsi per prætorem. §. 1. vers. sed nec ad nos. ff. ex quibus caus. major. per l. qui potest facere 174. ff. de Reg. Jur. item per ill. text. in l. quibus diebus 40. in princip. de condit. & demonstrat. & consil. 192. Super eo. lib. 3. Abbas in cap. fin. de Elect. Ludovic. Gomez ad §. rursus. inst. de act. numero 15.* Unde impedimentum non suspendit præscriptionem, quando poterat ab im-

pedito removeri. *Bald. in 1. part. 6. numero 25. vers. & hæc in foro de præscript. Cravett. consil. 263. numero 7. vers. nec videtur curandum. colum. penult. Paris. in cap. transmissa. numero 29. colum. fin. de præscript. Pacian. 2. de probat. cap. 47. num. 27.*

VI.

Impedimentum præsumitur præstitum ab eo, cujus intererat illud præstare. *Bartol. in l. fin. numero 3. vers. illa re. ff. de quest. Corrad. in præf. crim. rubr. de crimin. & torment. post numer. 20. vers. 7. quando res subtrahita cum aliis relatis. per Campeg. in tr. de testib. reg. 394. vers. sexto illa præsumitur. Farinac. 1. consil. crimin. consil. 26. num. 8.*

VII.

Scientia impedimenti præsumitur in eo, ad quem Examinis cura & confirmatio pertinet. Non tamen præcisè requiritur Impedimenti expressio in literis promotionis, licet melius sit, illud exprimi. *Perez. C. si scire. vel libere.*

VIII.

Impedimentum præstans tenetur de damno causato. Hinc impediens debitorem alicujus ne laboret & Creditori laboribus suis satisfaciat, tenetur ei ad interesse. *Brunnem. ad l. 8. C. de Agric. & Censit. n. 4. in fin.*

IX.

De Impedimento si satis doceatur, vel constet, sine solennitate legali dilatio tertia vel ulterior dari potest. *Mev. P. 5. Dec. 200.*

X.

Impedimentum aliud est juris, aliud facti, *Ziegl. Jur. Canon. pag. 675. seq.*

XI.

Impedimentum potuisse tollere, & quem non fuisse impeditum, sunt paria. *Pacian. 2. de probat. 47. n. 10.* qui enim potest facere ut possit conditioni parere, jam posse videtur. *l. qui potest 174. de Regulis Juris. Felinus in cap. ex transmissa. colum. 1. vers. pro tanto dixit. extr. de præscr. Dec. in l. 1. lect. 1. numer. 27. vers. similiter dicta regula. C. qui admitti. & in cap. cum inter. num. 48. vers. prædicta conclusio. colum. 8. extr. de Except. Paril. 44. absolutio num. 2. vol. 1. Socin. jun. cons. 117. facti contingentia. n. 6. vers. perum hoc non obstante. vol. 2. vid. Perez. C. de Metallar. n. 24. 25. ubi: quod ab initio actus nobis præjudicantes impedire debeamus.*

XII.

Impedimentum alleganti incumbit onus probandi, *l. in exceptionibus 19. §. cum quis 1. ff. de probat. l. qui commentu 14. ff. de re milit. l. 2. §. quod diximus 6. ff. si quis caut. l. 2. C. quib. ex caus. major. l. 2. §. utrum 1. ff. de legationib. Innocent. in cap. ex transmissa. n. 1. vers. necesse tamen. colum. 1. extr. de rescript. Salicet. in d. l. in exceptionibus. §. cum quis. & ibi Florian. in princ. & Jacob. & Aren. in l. scire oportet. §. consequent. vers. & nota. quod ex hac littera. ff. de Excusat. tut. Alberic. in d. l. qui commentu. ff. de re milit. & in d. l. scire. §. sufficit. num. 2. vers. & nota. ff. de Excusat. tut. Baldus in d. l. 2. in fine. C. ex quib. caus. major. Felin. in cap. pro debilitate. num. 5. vers. queritur utrum. extr. de offic. judic. Abbas in cap. plerumque. n. 6. vers. dic tamen. extra de Rescript.*

Rescript. Franc. in cap. capientes §. quæ si per viginti. in princ. de Elect. in 6. Bart. in l. 2. §. quod diximus. in fin. ff. si quis caut. & ibi Baldus in §. si quis tamen. n. 3. vers. primo casu debet. col. 2. & ibi Castren. num. 3. Dec. cons. 454. Judicis. num. 6. vers. Et hoc adduco. col. 2. & in cap. ex ratione. num. 6. vers. tertio & ultimo. extra de appell. vid. Pacian. 2. de prob. cap. 47.

XIII.

IMPEDIMENTUM non præstat, quod de Jure non sortitur effectum, cap. non præstat. 52. de Regul. Juris. lib. 6. Cald. Pereira de potestate eligendi. cap. 13. n. 5. Thomas de Thomasset. in floribus Legum. reg. 205. Sanchez. de Matr. lib. 8. disp. 22. num. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 57. num. 30. Cardinalis Tuschus practice. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 139. num. 2. & tom. 5. lit. N. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 58. num. 6. cum seqq. Dionysius Paul. de vera quatuor patriarcha. Sedium erect. cap. 6. num. 11. [Speculat. in tit. de dolo & contum. §. restat. vers. sed vacans. Ludov. Gomez ad §. penales. Inst. de act. num. 42.]

CAP. XIX.
Impeditus.

Axioma I.

Iuste impedito Eventus finire non imputatur, sed ei omnes dies utiliter currunt, proinde Nauclerus eos etiam dies, quibus adversa tempestate progredi non potuit, numerat, perinde ac si destinato tempore in locum constitutum merces vexisset l. 15. §. 6. locati. l. 4. §. 5. de statu liber. Perez. C. de Navicular. n. 31.

II.

Impedito agere non currit præscriptio, l. 1. in fine. C. de annal. except. rationem hujus axiomatis vide in fra in lib. 14. cap. Præscriptio. addi potest & Jaf. ad §. rursus. Inst. de action. ubi respondet, quod procedat in impedito impedimento juris, Aretinus in l. pacta novissima. colum. 2. C. de pact. Jafon. in §. item si quis in fraudem. num. 37. ff. de action. Corlet. cons. 191. in c. satis. vol. 3. & cons. 304. incip. videtur. col. pen. vol. eod. Alexi. in l. fin. §. donec. col. fin. C. de jur. detib. Henr. Boich. in cap. auditis. in 2. distinct. extr. de præscript. Matth. de Afflict. in tract. protomis. col. 1. pag. 10. & hoc quando quis directe impeditur seu inhabilitatur a jure ad agendum, ut ipso facto impediatur præscriptio durante impedimento, si ve impedimentum acciderit a principio, si ve post inchoatam præscriptionem, exemplum vide in filiosam. durante patris potestate, in l. Cod. de Annal. Except. & in muliere durante matrimonio in rebus dotalibus, l. in reb. 30. C. de jur. dot. quod si enim directe quis non inhabilitetur ad agendum, sed extrinsecus veniat impedimentum, tunc licet illud sit veridicum, tamen præscriptio currit, sed dabitur restitutio. l. sed et si per prætor. rem 26. in princ. & §. si feriat 7. ff. ex quib. causis.

maiores. nisi ubi contrarium reperiretur expressum, quod præscriptio non curreret, quia tunc illud jus servandum erit. Panorm. in cap. quia diversitatem. de concess. præbend.

Unde limita, secus esse in impedito impedimento facti; tunc enim, si impedimentum est iustum, licet agere non possit, currit tamen præscriptio, sed restituitur. l. Et Attilianus 35. ubi Bartolus ff. de serv. rustic. præd. si tamen impedimentum facti esset iniustum, tunc bene currit præscriptio, sed non restituitur. l. 2. §. si quis tamen ff. si quis caut. Bartol. in l. senatus. ff. de off. Procons. quoniam de jure Canonico non procederet, quia taliter impedito, etiam si impedimentum pervenerit culpâ suâ, præscriptio non currat, ex d. c. diversitatem. asserit Jaf. d. loc.

III.

IMPEDITO non currit tempus, vel præscriptio, [v. inf. Terminus] l. 1. §. fin. C. de annal. except. cap. quia diversitatem §. de concess. præbend. cap. fin. de elect. Tiraq. de retract. lig. §. 3. gloss. 4. n. 6. & §. 35. gloss. 4. n. 29. ubi intelligit, dummodo impedimentum non sit affectatum, & de retractu convent. §. 2. gloss. unic. num. 78. Menoch. cons. 38. n. 35. Surd. dec. 151. n. 4. Flam. Parif. de resig. benef. lib. 11. q. 13. n. 11. Gut. pract. lib. 3. q. 34. n. 21. Card. Serap. dec. 997. n. 3. & decis. 1066. num. 1. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. resolut. 550. n. 5. in ult. impress. Cardos. in praxi Judicum & Advoc. verb. impedimentum. n. 2. Monet. de opinione canon. cap. 6. quest. 5. num. 40. ubi etiam intelligit, dummodo impedimentum non sit affectatum, Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 84. n. 5. Nic. Garc. de benef. part. 10. c. 2. n. 17. Ubi autem agitur de modico præjudicio, tempus, si ve instantia currit impeditis. Abbas cons. 5. col. fin. lib. 2. Cravett. cons. 182. n. 15. vers. rursus, quos refert Card. Tusch. pract. conclus. 1. tom. 5. lit. M. conclus. 239. num. 9.

CAP. XX.

De Impensis. vid. Ex-
pensa.

Axioma I.

Impensarum onus ad eum ipso jure pertinet, ad quem fructus & comoda rei pertinent, l. 3. l. neque 13. de impensis in rem dot. fact. Petr. Anton. de Petr. de fideicommiss. quest. 15. n. 234. Joh. Gced. lib. 3. cons. Marp. 33. num. 88. vide latè Menochium hac de re lib. 2. arbit. jud. cas. 215. per tot.

II.

Impensæ factæ circa res non præsumuntur donandi animo factæ, fac. l. alimenta 11. C. de negot. gest. & ibi Bart. in fin. Salicet. col. fin. n. 4. & Joh.

Job. Sichard. *n. 11*. Toties enim donationis præsumptio cessat, quoties alia conjectura sumi potest. Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 88. n. 2. & lib. 3. præsumpt. 10.* Schneidev. *ad g. quædam actiones 20. tit. de Action. famil. ercisc. n. 51. Instit. de Act.* Unde Bart. *in l. si donatione 13. n. 4. C. de collat. ait*, si pater quid dat filio, præsumi id potius in peculium datum, quam donatum, quod placet & Salicet. *in l. filia 10. col. 4. vers. Secundo igitur casu. C. famil. ercisc.* Menoch. *3. præsumpt. 30. num. 26.* nisi cum benevolentie affectione concurrant causæ pietatis & impensæ exiguitas. Menoch. *d. cas. 88. n. 61. Carpz. part. 2. confit. 12. defm. 38. n. 8.*

III.

Impensa præsumitur facta ab eo, qui erat obligatus facere impensam. Pacian. *1. conf. 98. n. 44.* Bart. *in l. cum servus. col. 2. ff. de V. S. ubi ait*, quod si testator injunxerit heredi, ut sub certa pœna faciat in Ecclesia cathedrali ædificari capellam, si illa reperitur ædificata, nec constat à quo, tunc ad evitandam pœnam præsumitur ædificata ab eo, & expensis ejus, qui obligatus erat, eam facere, juxta textum *in l. fin. C. de alim. pupill. præstand. quem sequitur & Bald. conf. 366. Sequitur. volum. 1. ubi per eundem textum dicit*, quod hospitale præsumatur ædificatum per eum, qui tenebatur ædificare, adde Castrensi. *in d. l. cum servus. n. 2. vers. & penult. hoc respondetur. col. 2. Imol. n. 2. vers. & prædicta faciunt ad quæstionem. col. 2. Alex. n. 4. vers. subdit etiam subtiliter. & Jaf. n. 5. vers. unde infer. Bart. col. fin. Bald. in l. fin. C. de aliment. pupill. præst. Felin. in cap. sicut. n. 33. vers. fallit quinto. extr. de re judic. Socin. in l. 2. col. fin. vers. præterea, ex quo navicularius. ff. de condit. & demonstr. Pacian. *1. conf. 98. n. 44.**

IV.

Quoties possessori conceditur impensarum repetitio, toties hoc semper intelligendum de impensis supra fructus perceptos in rem factis. Quia reliquæ impensæ ob summam æquitatem cum fructibus sunt compensandæ. *l. sumtus 48. ff. de R. V.*

Declar. ut non modò fructus percepti sint compensandi, sed etiam usufructu. Donell. *Lib. X. cap. 7.* imò etiam illi, quos quis habuit ex meliorationibus factis. Sande *Lib. 3. decis. Tit. 15. def. 5.*

V.

Quoties alteri tollere licet expensas, toties semper Domino licitum est tantum offerre, quantum pro sublata re sit consecutus. Ratio est *in l. 38. ff. de R. V.* quia malitiis hominum non est indulgendum, & quod tibi non nocet, mihi verò prodest, ad id compelli poteris *l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. plur. arcend.* Exemplum est in illo, qui novas arbores in horto posuit, eas verò alteri cedere non vult, sed tollere; quod non potest, si pretium iustum ipsi solvatur.

VI.

Quoties in personâ expendente ullus parentelæ respectus & in personâ accipiente magna indigentia vel necessitas, toties impensæ præsu-

muntur vinculo pietatis factæ. quia sic ab utraqve parte causa impulsiva concurret, pietatis officia eliciens. Exempla sunt in matre, aviâ, *l. 44. ff. de negot. gest.* idem esse dicitur in vitrico *l. 15. C. de Neg. Gest.* Extraneus igitur si quid in alimenta impendit & in res filii, repetit *l. 11. C. eod.* vid. Brunnem. *ad L. Nescimus 34. §. 4. ff. de negot. gest.* quodcumque autem pietatis gratiâ impenditur, hoc non repetitur.

Limita: ut hæc omnia procedant, nisi protestatio fuerit adjecta de animo repetendi; sic enim præsumtio pietatis penitus cessat. *d. l. 34.*

VII.

Quoties impensæ in rem commodatam factæ minores sunt usui, toties non repetuntur *l. 18. §. 2. ff. Commod.* quia ad has tenebatur Commodatarius ob usum, qui cum major fuerit, quam impensæ, has absorbet. *l. 13. in fin. ff. de impens. in res dot. fact.* Exemplum poterit esse in equo commodato, in quem ob morbum impensæ factæ.

VIII.

Impensas necessarias & meliorationes etiam malæ fidei possessor recipit.

Limit. (1.) in eo, qui fundum rei privatæ emit & principi Canonem intervertere intendit *l. fin. C. de fund. rei priv.* (2.) Vasallus qui culpâ suâ feudum amittit. Brunnem. *ad d. l. fin. n. 2.* secus si sine culpâ suâ feudum amittat. Brunnem. *ad l. 2. C. eod. n. 1.* tunc enim Meliorationum repetitio etiam ad heredes transit, *ibid.*

IX.

Impensæ non debent superare rei valorem, e. g. vectura non excedat tributum *l. 9. C. de amon. & Trib.* Tutor non tenetur exigere debita, si exactio ea absorberet; nec reficere ruinosas aedes, nec Inventarium conficere, si expensæ ipsam absorbeant hereditatem. Brunnem. *in l. 8. C. de anon. & trib.*

X.

Impensæ ad res voluptuarias, e. g. Ludos, destinatæ potius ad res necessarias, e. g. munitionem urbis, structuram templi, pontis &c. impendi debent. Perez. *C. de Expens. Ludor. n. 3. seq. Brunnem. C. eod.*

XI.

Volens recuperare rem sibi obligatam aut propriam, debet restituere Expensas meliorationis. Perez. *C. de Consib. n. 18.*

XII.

Impensæ sunt omne id quod erogatur, & sunt vel propter litem, quæ in specie dicuntur expensæ *l. 13. §. 6. C. de judic.* vel propter rem ipsam, & vocantur Impensæ in specie, suntque vel fructuum, qui sunt propter fructum præsentis anni, *l. 3. §. 1. l. 7. §. fin. ff. de impens. in res dot. fact.* vel rei, quæ sunt ad perpetuam h. e. duraturam aliquandiu rei utilitatem. Hahn *ad Wesemb. de impens. in res dot. fact. n. 1. Eckolt. ibid. §. 1.*

XIII.

Quenam sit differentia Impensarum ex officio judicis & jure actionis debitæ, vid. *Mer. P. 7. Decis. 351. n. 1. 2. 3.* & an Impensæ in rem alienam factæ juxta æstimationem operis an designationem impendentis reddendæ, *id. P. 3. Dec. 41. n. 23. 4.*

CAP. XXI.

Imperator, Imperare

vid. infra de Magistro.

Imperio.

Axioma I.

Imperator omni virtute virior est, ut ait Tertullianus, atq; omni Majestate major. lib. de Trinitate 4. Bartol. in cap. intellectu. n. 5. de jurejur. & in l. hosti. ff. de capti. & postlim. rev. Bald. in l. fin. C. de appellat. & S. ult. n. 24. de prohibiti. feud. alien. l. inter claras 8. C. de Summ. Trinitat. l. quæris 3. ff. de natal. restit. cujus in terra Majestate nihil majus. l. 12. C. de Legib. Carol. Tap. in rubr. de consil. Princip. cap. 4. n. 11. Covarr. pmt. g. 1. n. 9. Blarer. consil. 359. lib. 3. qui ideò meliore jure quadruplici β gloriari potest, & esse βασιλεύς, βασιλέων, βασιλέων, βασιλέων, ut Bodinus de Imperat. Turcic. ait, cap. 9. lib. 1. 146. cujus in imperio αυτοκρατορία, Ital. Signoria, Gallis Souveraineté, nulli sublimius imperium, ut testantur de se Ludov. IV. & Frider. Pulcher Imperatores in verbis liberæ ælæ West. Cuspinian. in Austr. præter Deum recognoscens neminem. Aventin. lib. 8. Anton. Vacca ad l. 1. de constit. Princip. Hieron. Balb. in coronat. Caroli V. Hier. à Monte in tract. de fin. regund. c. 96. n. 9. Mart. de Curat. in tract. de Principe. Unde hominem, à Deo secundum, & solo Deo minorem dicit Tertullianus ad Scap. à quo potius immediatam dependentiam habet, & imperium accepit. Nov. 82. cap. 4. l. 1. C. de V. l. E. l. fin. C. de Legib. Hinc Bon. Ottes Gnaden titulum tenet præ aliis suum, Sigon. 9. Histor. qui potestatem divinæ succedaneam, quamvis humano quidem utatur, idiomate, accepit Phil. Maced. apophthegm. Scobæus serm. 46. Unde præfati majestatem cælo delapsam finxerunt, quam ut Deam coluerunt filiam reverentiæ, inde sacram vocant. Briss. lex. lib. 17. Sixt. 1. de Reg. quem ergo si quis mundi neget Dominum, l. 9. ad L. Rhod. hæreticum esse ajunt, Bartol. in l. hostes. de captivo. & postlim. Bald. in l. cunctis. C. de Summ. Trinitat. cap. jus Quiritum 17. distinct. 1. cap. ad Apostolicæ 2. de re judic. & orbis Romani Monarcham scribunt. Clem. Pastoralis de judic. Ant. de Butr. consil. 61. Ruin. lib. 5. consil. 3. Carol. de Grassal. lib. 1. de Regal. Franc. 6. n. 6. Joseph. Sefc. de inhibiti. Infit. Aragon. c. 8. §. 1. n. 2. Prosper Caravit. tit. 46. n. 11. Gretser. cap. 20. lib. de cruc. Sturc. de Imperio Romano cap. 1. Hubert. Goltz. cap. 5. th. rei antiqu. Reuser. Isag. de Aquil. Rom. lib. 1. quem serenissimum suum Dominum vocat Greg. Machajus, & se indignum ejus servum, lib. 2. epist. 4. epist. 34. Boeckel. de publ. jud. diuqu. 4. fol. 31. Hodie autem summum ejus Imperium Statibus est communicatum Brunnem. ad l. un. C. de stud. liber. in fin.

II.

Imperator est solus civium Romanorum Dominus. l. 3. C. de Summ. Trinitat. l. 3. C. de quadr. prescripti. Zoannet. de Roman. Imper. n. 149. Castald. de Imper. q. 52. n. 1. Jalon. consil. 177. n. 11.

vol. 2. Reipublicæ enim Maritus censetur per not. Igne. ad l. necessarios 5. §. 2. part. 4. n. 38. ff. ad Sci. Syllan. Luc. de Penna ad l. quicumque 3. col. 3. C. de omni agr. Harpr. desert. ad prozem. Inft. n. 56. imò tanquam stella matutina eminet inter omnes Reges in medio nebula meridionalis. l. penult. & ibi Bartol. Cod. de bonis quæ liber. Sixt. de Regal. cap. 4. n. 6. lib. 1. A quo scaturiunt omnes dignitates tanquam à suo fonte & principio, Gail. 1. obs. 30. n. 21. Goeden. consil. 3. n. 13. ad quem rursus tanquam rivuli & flumina ad mare redeunt, Vant. in tract. nullitatis tit. 10. n. 10. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 15. n. 3. in quo requiescunt tanquam thesauri in scrinio reconditi. Borcholt. de feud. cap. 4. num. 12. Modest. Pistor. consil. 51. n. 28. penes quem resident velut scabellum pedum suorum. Cravett. consil. 338. n. 1. adde Josiam Nolden. de stat. Nobil. cap. 2. n. 14. unde & solo verbo facit civitatem, Bart. in l. 1. C. de metropolit. Fab. de Anan. consil. 56. n. 19. solo verbo creat Doctores, Angel. in l. 1. Cod. de sent. pass. Restaur. Castald. de imper. quest. 100. priv. 41. Schneidew. de feud. p. 3. n. 63. Cacheran. consil. 2. n. 30. solâ nominatione constituit Duces, Marchiones, Comites, Nobiles. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 11. n. 22. Vincent. Franch. de cis. 62. n. 6. Peregr. consil. 84. n. 13. lib. 1. & in summa dignitate facit pro suo velle. Andr. in cap. 1. n. 22. de Capit. qui cur. vend. Duaren. de feud. cap. 4. n. 8. Paris. consil. 23. n. 17. vol. 1. Nolden. de stat. Nobil. cap. 2. n. 14.

Limita tamen, quoad superioritatem & majoritatem, qua omnibus Principibus præfulget, à se abdicare & in alium transferre non possit. Felin. in cap. quæ in Ecclesiæ n. 90. extr. de constit. ratio, quia inferior superioritatis non est capax; superioritas enim consistit in summo gradu, inferior autem cum ex necessitate naturali & absoluta superioriorem habeat, in summo gradu existere non potest.

III.

Imperator in dubiis semper consulendus. Symm. lib. 1. epist. 33. hinc animata lex in terris dicitur, Novell. 110. quo nihil majus, nihil sanctius, l. 12. C. de LL. Warem. de Ehrenb. 1. de fader. c. 2. n. 231. pag. 280. unde & Dominus mundi appellatus fuit, in l. 9. ff. ad Legem Rhod. de jact. vide infra littera P. cap. Princeps. Ideoque Imperatori debetur tanquam orbis Christiani capiti, in Aurea Bullac. 2. super alios Reges præeminentia, & nulli Principum tanta debetur majestas, quanta Imperatori, ut ait Purpurat. in l. quicumque. n. 116. de offic. ejus cui mand. est juris d. quia omnia regna superat imperium antiquitate, Arnif. lib. 1. de Majest. c. 4. n. 1. pag. 78. & graviter peccare dicuntur, qui Cæsari sunt inobedientes, Bald. in c. 1. in princ. n. 1. vers. & peccant. tit. de Pac. Jur. firm. Imò mortaliter, ut vult Hostiens. in cap. per venabilem. §. videbatur. col. 2. vers. numquid ergo mortaliter. extr. qui fil. sint legitimi. qui tamen limitat, & tum valere asserit, si interpellati à Cæsare, ad obedientiam tamen non redire cupiunt, quem sequitur & Laudens. in tract. de Princip. quest. 17. & 60. vid. & Arnif. lib. 1. de Majest. c. 2. num. 2.

IV.

Imperatores olim utrumque gladium habuerunt, temporalem sc. & spiritualem, & tunc contulerunt omnia beneficia Ecclesiastica per universum orbem, & elegerunt etiam Papam. Ziegl. in *Jur. Canon.* pag. 295. Sed & hodie adhuc Jura sacrorum exercet Imperator, nisi in quantum per transactionem inter Henricum V. & Calixtum II. remissa sunt. *Rhet. Instit. Jur. publ. Lib. 1. Tit. 4. §. 62.* Quo jure autem negent, Imperatori ullam in rebus Ecclesiæ competere jurisdictionem, vid. Ziegl. de *Jur. Majest.* pag. 323.

V.

Imperator omnia ponderare & cum consilio facere debet. Bald. in *l. placet. n. 2. C. de SS. Eccles.* annotavit & Jas. *ibid.* in *l. lect. in 1. not. n. 9.* Conf. Arg. *no. n. 35. lib. 1.* quamvis enim prudens & sagax sit Imperator, ob multitudinem negotiorum tamen Consiliarium ministerio opus habet & quidem plurimum, non enim uni omnia fidat. Perez. *C. de Comit. Consil.* n. 1. usque 15.

VI.

Imperatoris sententia vim habet Legis & pro Lege observatur, *l. fin. in princ. C. de Legib. & ibi* Bart. Baldus in *proam. ff. n. 29. vers. item. col. 2.* Pacian. *consil. 149. n. 64.* ex pactis tamen & conventionibus æque ac alii obligatur, *l. donatione. quas Divus 26. C. de donat. inter vir. c. 1.* ubi Dd. communiter de *probat. cap. 3.* ubi Bald. de *Natur. Feud. Regner. Sixtin. 2. Consil. Marp. 9. n. 82.*

VII.

Imperatori, ut summo Principi, multa permittuntur, quæ ab aliis inferioribus iudicibus fieri nequeunt. *l. 1. §. questioni. §. ult. ff. de quest. l. Divi fratres 27. ff. de pen. Alber. in l. ab exectore ff. n. 4. de appell. Regn. Six. 2. Consil. Marpurg. 14. num. 49.*

VIII.

Imperator non nisi ex Germanis eligendus. *arg. c. venerabilem 74. post princip. de Elect. vid. Harprecht. ad proam. inst. n. 37. Besold. 1. polit. c. 5. §. 6. n. 34. Henning. Goed. consil. 1. p. 2.*

IX.

Imperator in arduis in causa propria iudex esse non potest, Dd. communiter in *c. 1. extr. de probat.* idque svadet æquitas, cum non sit verisimile aliquem judicaturum contra seipsum, præsertim in causa ardua & magni ponderis, ut testatur Castald. in *tract. de Impem. q. 98.* Consil. Argent. *lib. 1. consil. 1. n. 123.*

X.

IMPERARE sibi ipsi nemo potest, *l. prætor. 4. l. pen. ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4. ff. ad Trebell. l. pen. ff. de arbitr. l. Princeps 31. de Legibus. Surd. consil. 152. num. 46. Bocer. de feud. invest. cap. 3. n. 86. Cardin. Tusch. prætic. concl. tom. 4. lit. l. concl. 47. n. 1. ubi n. 2. ampliat in tantum, ut nec possit præscribi, quod quis ipsi imperet, & n. 3. post Anchar. *consil. 154. in princip.* limitat, quia exequutor, qui debet compellere, potest officium exercere, etiam si ipse sit unus*

de compellendis, agnoscendo bonam fidem, & obtemperando sine imperio, quia hoc modo duplicem personam potest representare.

CAP. XXII.

De Imperfecto. add. Loc. de Defectu, Omisso.

Axioma 1.

Quod imperfectum est, nullam inducit obligationem, *cap. dudum 20. ubi Panormitan. de convers. conjug. Socinus consil. 93. circa part. 1.* per Bart. & Dd. in *l. certi. in princ. ff. si cert. pet. Panormir. & Dd. in cap. ex parte. de for. compert. Decis. Neapol. 77. n. 7. Decius consil. 37. consil. 62. in princ.* Non enim dicitur actum, quamdiu superest aliquid agendum, *l. penult. in fin. de his, que ut indign. Jason. n. 3. post gloss. & alios in l. cum Syllanianum. C. de his quib. ut indign. Speculat. de salar. Advocat. n. 11. Sandæ. lib. 4. tit. 1. defin. 5.* Unde & contractus non perfectus pro nullo dicitur, *gloss. pen. cap. tue. de Cler. non resident. ubi paria definit, nullum esse actum, vel imperfectum, per l. hac consulti summa 21. §. ex imperfecto 1. C. de testam. Welf. lib. 1. consil. 32. n. 42. l. 5. Qui satisfacere. §. 7. in fin. Inst. quib. mod. testam. vid. supr. lib. 1. cap. 25. Ax. 30. Bornit. P. 2. de re instr. part. c. 8. p. 33.*

II.

Imperfecta plura non possunt simul conjungi, quando unumquodque non est concludenter probatum, Bald. in *l. si quis ex argentariis. §. 1. n. 4. ff. de edend. Alexand. consil. 180. n. 6. lib. 2. Grammat. consil. 3. n. 18. Surdus consil. 132. n. 58. in fin. lib. 1. Farinac. 1. consil. crim. consil. 70. n. 47.* Duo enim imperfecta diversi generis non faciunt unum perfectum, *l. unic. in fin. C. qui n. tut. l. 1. §. ult. ff. de vacat. mun.* cum enim forma in unitate consistat, ineptum est eam de pluribus partibus imperfectis componere velle, Julian. Peleg. *quest. illustr. n. 27.*

Limita: nisi tendant ad unum eundemque finem (ut paries & tectum perficiunt unam domum) tunc enim facile conjungi possunt, Consil. Argent. 1. consil. 112. n. 71. Mynting. 2. observ. ult. Unde si plures imperfectæ probationes etiam diversi generis tendant ad eundem finem, conjungi possunt ad faciendam plenam probationem, *cap. cum causam 15. & ibi gloss. in vers. adminicula. & ibi Abbas n. 2. Felinus n. 10. vers. secundo casu.* Decius 10. de *probat. glossa in l. 2. in vers. legitimis de Excusat. tut. Baldus in l. Spadonem. §. qui plerum. ff. eod. Bart. in l. admonendi. n. 48. & ibi Jas. de commun. n. 257. de jurejur. Farin. d. consil. 70. num. 67.*

III.

Imperfectio sensus magis vitiat, quam formæ & solennitatis, Baldus in *l. si is, qui. ff. de testam. Castrenf. consil. 205. consil. 201. & 363.* Unde dici solet defectum juris naturalis plus peccare, quam juris positivi, Alexand. in *l. hac consulti-*

issima. §. ex imperfecto. C. de testam. n. 2. Hinc aliud est non perfecta, alia non solennis voluntas, quippe nihil actum censetur, cum aliquid adhuc superest peragendum. l. pen. ff. de his quib. ut indign. cap. 1. de success. ab intest. Abbas consil. 105. vol. 1. & qui partem individui facit, nihil censetur peregrille. l. fin. C. qui testam. fac. poss. l. fin. C. ad SC. Syllan. sal. in l. si mihi. §. in legat. n. 105. ff. de legat. 1.

CAP. XXIII.

Imperitia, Negligentia.

Axioma I.

In quolibet artis suae imperio imperitia culpa venit annumeranda, l. illicitas 6. sicuti 7. de offic. praesid. l. si quis domum 9. §. Celsus. ff. locati. §. praeterea Inst. ad Leg. Aquil. Exempla in iure passim invenire licet, in Medico est exemplum in l. 8. ad Leg. Aquil. l. 132. de R. L. in muliere, d. l. 8. §. 1. Idemque in Doctore, Procuratore ac omnibus vel minimae artis professoribus usque ad bulcum. Ang. Sand. & alii ad §. imperitia 7. l. ad L. Aquil. in nautā, Perez. C. de Nausing. n. 13. in Suariis, Vaccariis, Caprariis, Perez. C. de Suar. num. 5.

Amplia hanc regulam (1.) quod procedat etiam extra artis professionem, quoties impotentia & infirmitas in culpa est, ut in gubernanda nave, regendis equis, jumentis, &c. quae ab aliis rectius regi potuissent, d. l. 8. cap. significasti. de homicid. ratio hujus ampliationis est in d. l. 8. quod adfectare nemo debeat id, in quo intelligit vel intelligere debet (quod idem est, l. quisquis 15. C. de rescindend. vendit. l. 4. C. si cert. petat.) imbecillitatem suam alii damnosam.

Amplia (2.) ex hac ipsa ratione, quod ignorantia non excuset eum, qui scire debuit, ex facto suo damnum cuique contingere posse, cap. ult. de injur. Welsch. in Coram. C. ad L. Aquil.

Limita (1.) quod supradictum tum demum procedat, quando quis scientiam affectat, ut industriam suam profiteatur, §. 7. ad L. Aquil. fallat, ubi ea dissimulatur. l. 3. C. de testam. milit.

Limita (2.) in eo, qui amicitiae causa adscitus est, l. 1. §. 2. Si mens. fals. mod. dix.

II.

Imperitis literarum beneficia non sunt conferenda, cap. illiteratos 1. 26. distinct. cap. pariteres 3. 55. distinct. cap. cum in cunctis 7. de Elect. & cap. ult. de temp. ordin. in 6. Menoch. 2. arbit. judic. cas. 425. num. 6. sicut nec imperiti iudices esse possunt, Novell. 82. neque enim convenit, ut illi iudicum gerant nomen, qui & legum sunt imperiti, & in agendis rebus nullum habent usum, nullam experientiam, d. Nov. 82. in princip. Excipe, nisi ejusmodi casus emergat, de cujus iustitia non minus imperito, quam jurisperito liqueat, tunc enim & imperitus recte judicabit, vide Zasium in l. certi. num. 1. C. de judic. Donell. lib. 17. comm. 24. Vult, discept. 8. p. 83. Umm. disp. ad process. thes. 8. n. 45.

CAP. XXIV.

Imperium vide supra Imperator & infra iustus.

Axioma I.

Imperium à DEO est addendam Legem, Novell. 73. in princ. Deut. c. 17. & ad faciendam iustitiam, Novell. 26. cap. fin. ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, 1. Petr. 2. cap. solite 6. de majoritate & obedient. Honthem. lib. 1. de Notar. cap. 34. num. 4. Hinc Imperium Caesarum immediate à DEO esse profectum, patet & ex l. 1. in fin. C. de Summ. Trinitat. ibi: ex celesti arbitrio, & §. 1. Auth. de instr. Caut. Nov. 73. ibi: Imperium Dominum de caelo constituit, & c. 1. §. si verò ut Auth. defuncti sensum. Nov. 60. ibi: in omnib. gent. nobis principatum alium quidem ab initio dedit DEUS, Nov. 7. c. 2. §. finimus igitur. Auth. de bon. alien. ibi: Imper. cui plurima DEUS dedit & c. Add. 2. F. 28. vide & cap. Imperium distinct. 96. & cap. quescitum 45. 23. quest. 4. Deut. cap. 17. vers. 1. 1. Sam. 8. Luc. cap. 2. Job. 19. & hanc opinionem defendit Ant. de Rosell. in tract. de potest. Pap. vol. 30. col. 4. in fin. quest. 1. Mich. Ulcurrus in tract. de regim. mund. quest. 2. principal. per tot. Schwaneman. observat. pract. observ. 2. n. 4. & c. Unde & Imperatorum Leges censeri procedere ab ipso DEO, ratione eā, quod Imperator dicatur divina gratia constitutus, ut sit Imperator in terris, sicut DEUS in caelo, & habere divinum numen, ait Marant. in disput. 1. quest. legal. n. 33.

II.

Imperium extra Ecclesiam non est, cap. scibus 34. §. sed nec illud 24. quest. 1. Sensus hujus regulae, quod illi tantum competat Imperium de jure, cui Ecclesia id tribuerit, vid. Arnif. 1. de Majest. c. 2. n. 3.

III.

Imperium par in parem non habet, vid. infr. Par.

IV.

Imperium summum, quod in universum orbem terrarum sibi transcribit Pontifex Romanus, merum est commentum ex fastu Hildebrandino natum, Ziegl. de Jur. Majest. p. 121. 218. 347. 368. 387. 398. & hoc Imperium Pontificis multum limitatum tum in temporalibus, tum in spiritualibus id. p. 363. postquam universum Imperium in Clericos hodie Reges & Status Evangelici masculi sibi asseruerunt. Id. pag. 347.

V.

Imperium merum nihil habet commune cum Regalibus, Mevius Part. 6. Decis. 252. Consil. 2. num. 58.

VI.

Imperium merum seu jurisdictio Criminalis nihil aliud est, quam delictorum capitalium animadversio & coercitio, atque hodie pro uno eodemque sumitur jus gladii, & per consequens merum Imperium & superior Jurisdictio. Reits. Gerechtigkeit / Malefiz. Recht / Hals. Gericht

ff 2

richts

VII.

Imperium mixtum seu iurisdictio civilis ad rem civilium cognitionem & animadversionem pertinet, idemque ferè est, quod bogterliche Obrigkeit/die Nieder- und Mittelbare Obrigkeit/Untergericht/Erbgericht. *ibid. n. 11.*

CAP. XXV.

De Imperfonalibus.

Verba imperfonalia locum actioni injuriarum non faciunt: frustra tamen objicitur imperfonalitas, ubi de mente dicentis per argumenta constat. *Mev. P. 7. decis. 113. n. 1. 2. 3.*

CAP. XXVI.

De Impertinentibus.

Axioma I.

Impertinentia non debent admitti. *l. si duo patroni 12. §. idem Julianus 2. ff. de jurejur. Decius conf. 162. n. 1. incip. in causa quæ agitur. & consil. 517. n. 1. incip. in sententia. Speculat. tit. de position. §. sexto. num. 36. & §. 7. n. 4. & n. 6. Gail. 1. obs. 81. n. 3. quo fit, ut nec articulis sive capitulis impertinentibus respondendum sit, per tradita à Paris. consil. 67. n. 14. vol. 4. eosdemque à iudice, ac ne quidem cum clausula, salvo jure impertinentium & non admittendorum admittendos, sed rejiciendos esse, per doctrinam glossæ in cap. cum contingat. extr. de jurejur. ubi Bald. & Dd. communiter. Jaf. in d. l. si duo in fin. Muscatell. in prax. civil. verb. impertinentes. n. 21. Herm. Vult. 3. Consil. Marp. 29. n. 75. Honded. decis. 15. n. 19. vol. 1. Mascardus de probat. concl. 1177. n. 4. Menoch. consil. 707. n. 24. Umm. in disp. ad process. disp. 15. tb. 3. n. 15. & disp. 13. tb. 2. n. 15. ubi declarando admittit, si omnino impertinentes sint, quales erunt, si planè ad causam neque directè neque indirectè accommodari possunt. Rutter. Ruland. 3. de commissi. l. c. 4. n. 2. unde nec testes super talibus impertinentibus recepti quicquam probant, Vincent. Neapolitan. decis. 100. n. 29. Menoch. conf. 717. n. 28. imò si iudex tales admisserit, pars adversa benè posset appellare. Mascard. de probat. concl. 132. num. 1. Sicut enim à refectione & non admissione articuli relevantis datur appellatio, Henning. conf. 24. n. 11. Castrenf. conf. 335. n. 1. lib. 3. quia vim habet definitivam, Castrenf. d. loc. ita etiam datur appellatio à refectione exceptionis oppositæ, quod reus non teneatur respondere libello impertinenti irrelevanti generali & obscuro, si iudex respondendum & procedendum mandaverit, Gemin. conf. 218. per 101. Castrenf. d. conf. 335.*

II.

Vitiosum est id augeri, quod convenit doceri. Cicero 2. ad Herenn. sub fin. ubi regulam hoc exemplo declarat: ut si quis quem arguat hominem occidisse, & antequam satis idoneas ejus

rei probationes attulerit, augeat peccatum, & dicat, nihil indignius esse, quàm hominem occidere: non enim indignum sit, annon, sed factum nec ne sit, queritur. Facit hoc vulgatum proverbium: *Multa bona dicis, sed nihil ad propositum.* Schurff. lib. 1. consil. 53. in fin. Quintil. lib. 3. Instit. Rhet. cap. ult. Luther. in Genes. cap. 18. ad verb. text. Dixitque DEUS ad Abraham. p. 638. *Audivi aliquando Doctorem Henningum cum erudito, eloquente & acri adversario disputantem de magna causa: cum igitur adversarius magnum acervum l. attulisset, & causam suam, quam poterat, optimè communicasset, Henningus modèrè & amicè eum compellabat: Licere ei tota LL. volumina adferre; sed est translocare montes posses, & in imo aquarum incedere, tamen si de proposita causa voles mecum disputare, huc descendas necesse est: ostendens quis rei scopus esset. Atque hoc ano verbo hominem, facundum & eruditum compefuit & quasi prostravit.*

CAP. XXVII.

Implementum.

Axioma I.

Qui ipse conventionem non implevit, is de pacto sibi non servato conqueri non debet. vide C. A. de except. l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. emt. Carpz. p. 2. Jurispr. forens. consil. 44. de fin. 12. num. 6.

II.

Ex defectu Implementi arguitur dolus ejus, qui implere tenebatur, nec tamen implevit, *l. dolus 10. & ibid. gloss. C. de rescindend. vendit. Corn. consil. 116. in fin. volum. 1. & consil. 128. col. 2. vol. 3. faciunt notata à Magon. decis. Lucens. 31. num. 12. Adde Vult. libr. 2. Consil. Marpurg. 24. num. 32.*

III.

Implevisse se probare debet, qui implere tenebatur. Bartol. in l. in illa. ff. de verb. oblig. Alexand. consil. 101. in fin. vol. 2. & consil. 41. col. 2. vol. 3. & consil. 52. col. 2. vol. 6. Corn. consil. 113. col. 2. vol. 1. & consil. 11. col. 2. vol. 1. Bald. in d. l. in illa. ff. de verbor. obligat. Alexand. consil. 101. in fin. vol. 2. Tiber. Decian. consil. 60. n. 14. vol. 2. & consil. 1. num. 66. vol. 3. Vult. 3. Consil. Marpurg. 31. n. 226.

IV.

Implementum in rebus omnibus requiritur: hinc omnia privilegia, quæ deposita militi nonnullis tribuuntur, sunt intelligenda, si laudabiliter se gesserint in officio usque ad tempus destinationum continuum. e. g. Professores per 20. annos, *l. un. C. de Profess. qui in urb. Constant. silentiarii per tredecim, l. 3. in fin. C. de silentiar. Brunem. C. eod. col. 2. n. 7.*

V.

Implementi probatio incumbit ei, qui contractu actionem instituit, *Mevius Part. 4. Decis. 332.* adeò ut in actione præscriptis verbis implementum probandum sit ab actore.

et si de illo excipiat reus, *Mevius Part. 8. Decif. 367.*

VII.

Ei, qui implevit, duplex competit actio, præscriptis verbis & conditio causâ datâ, causâ non secutâ, *Mer. l. 3. Dec. 27. n. 4.*

VIII.

Non impleti Contractus exceptio est impeditiva litis ingressum, *Carpz. lib. 2. R. 88. n. 1.*

CAP. XXIX.

De Imploratione.

Implorationes iudicis, quæ sine contradictione exerceri non possunt, reverâ subeunt vicem actionum, *Ziegl. Jus Canon. p. 797.*

CAP. XXIX.

Impossibile.

Axioma I.

Impossibile est, cujus contrarium necessariò verum est. *Arist. 4. Met. 2.* Unde Accursius, cum hujus conditionis contraria sit impossibilis, consequens est, hanc necessariam esse. *Cujac. ad l. 8. de V. O.*

II.

Conditio impossibilis pro non adjecta habetur. *S. Impossibilis. Instit. de hered. Instit. l. 1. §. 20. de condit. instit.*

Declarâ, hanc regulam procedere in iis, quæ per se & absolute sunt impossibilia, nec in ullius hominis potestate: sed vel ipsa natura, vel jure prohibita, ut in l. 137. §. 6. de V. O. Secus est, si tantum secundum quid impossibile, hoc est, respectu tantum ejus, cui aliquid in testamento est adscriptum, per se difficile magis, quàm impossibile, quæ omninò implenda est. *l. 4. §. 1. de statu lib. Hæc tamen aliquando pro impleta habetur: ut si in personam tertii collata sit, l. 1. C. de instit. & substit. Locam. disp. de leg. thes. 6. q. 6. plenius Bachov. 2. disp. 13. thes. 6. f.*

Declarâ secundo, quod regula hæc locum habeat in ultimis voluntatibus, vitietur in contractibus, in quibus conditio impossibilis vitiat ipsum negotium. *d. l. 137. §. 6. de verb. oblig.*

III.

Impossibile quod est esse in sensu, impossibile est esse in intellectu. *Florian. in l. actor. n. 1. vers. circa quod est sciendum. col. 2. C. de probat. Pacian. consil. 13. n. 6.*

IV.

Impossibilium & inhonestorum idem est iudicium. *Gloss. in l. vulgo ff. de stat. hom. & in l. si cum dies. §. plenum. ff. de recept. arbit. per text. in l. cum ita legatum. 63. cum l. seq. ff. de condition. & demonstrat. Pacian. consil. 4. n. 25.*

V.

Impossibile nullum sequitur possibili in esse. *posito. Bl. in l. restium. n. 24. vers. quia. C. de testib. Pacian. 1. consil. 117. n. 4.*

VI.

Dispositio, quæ pro parte est impossibilis, pro ea, quæ est impossibilis, non debet impleri,

sed tantum pro ea, quæ possibilis est, adimplenda erit. *Baldus in l. fin. in fin. ff. de condit. Instit. & ibid. Castr. Forster. 1. Consil. Marpur. 8. num. 9. Validum enim in re sustinetur cum invalido, vel quod deinde non existit. l. hereditas 65. & ibi Alber. in summar. ff. de hered. institut. arg. l. actus legitimi 77. ff. de R. l. Paris. consil. 38. n. 34. lib. 3.*

VII.

Culpam non admittit, qui rem impossibilem non aggreditur. *l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur. gloss. ad cap. 1. §. soles. verb. potuerit. de restit. spoliat. lib. 6. per text. in cap. quia diversitatem 5. vers. & tunc si voluerit. extr. de concess. prebend. ibidemque gloss. Aym. Cravett. consil. 53. num. 10. & consil. 362. num. 2. & consil. 319. n. 15. vers. tertio culpa. ubi ait: Culpa imputari non potest, si quis id non fecerit, quod facere non potuit; neque enim solum illud non possumus, quod factum nobis est impossibile, sed & quod jure, quia sit contra mores. l. 3. §. idem cum Polidius 3. ff. de usur. vid. Goed. 1. Consil. Marp. 29. num. 99.*

IX.

Impossibilitas, quæ nulla diligentia præcaveri potest, à mora excusatur, *Köhl. exercit. 12. num. 66.* itemque à pœna, *Coler. consil. 52. n. 51. imò à perjurio, l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur. Cacheran. decif. 92. n. 20.* Unde debitor etsi juratus, si non potest solvere tempore debito, non incidit in perjurium. *cap. felicitas 5. prope fin. ibi: si ei potestas. de pen. in 6. & l. impossibilium 185. de Reg. jur. ubi Dd.* Hinc cum Ferdinandus I. Pontifici jurato promississet, se schismaticos omnes extirpaturum, id autem non præstitisset, quibusdam Papæ assensibus concludentibus Imperatorem dignitate suâ per l. quoties 17. C. de dignit. se ipsum spoliassè, Doctor Seldius Cancellarius verissimè respondit, Imperatorem per verba juramento adjecta (pro posse) merito esse excusandum, cum regulariter in omnibus promissionibus conditio, si potero, subesse intelligatur, ita refert *Mager. in tract. de advocat. armat. cap. 11. n. 788. Carpz. ad Aur. Bull. cap. 2. sub fin.* Sic Vasallus excusatur à Felonia, quando per virium impotentiam, Dominum suum non potuit defendere. *§. sed non est alia. quæ sit prim. caus. benef. amitt. Curtius jun. l. 4. n. 61. cap. 8. de feud. lib. 1. cap. 12. Farin. in fragm. crim. part. 1. lit. D. n. 141.* Inopia enim & impossibilitas sunt magnæ Dæ, quæ etiam Svadæ & violentiæ resistunt, neque id, quod petitur, dare concedunt. *Besold. in discurs. de amr. publ. cap. 4. thes. 5.*

IX.

IMPOSSIBILE dicitur id, quod rarò, vel nunquam evenit, licet evenire possit, *Corn. consil. 217. n. 5. lib. 3.* Id quod est contra bonos mores, vel quod honestis moribus non convenit, impossibile reputatur, *Baldus consil. 373. Præmittendum est. in princ. lib. 1.* Et impossibile dicitur, quod salvâ dignitate fieri non potest, *Ff 3 Joh.*

Joh. Jacob. de Leonard. *consil.* 117. *inter consilia Bruni.* n. 173. & 174. Cardin. Tusch. *pract. conclus.* tom. 4. lit. 1. *conclus.* 52. [Illud etiam impossibile censetur, quod commodè fieri non potest. l. *Nepos Proculo* 125. ff. *de verb. signif.* ibiq. Alciat. & Brachæus Dec. *consil.* 555. n. 13. Menoch. 2. *arbitr. judic. consil.* 237. n. 24. sicuti quodammodo pro impossibili est reputandum, quod vix accidere potest, arg. l. 39. §. *constat.* 9. *de legat.* 1. l. 1. §. *permittitur* 41. ff. *de Aqua quorid.* Sogar. *Consil. Illustr.* tom. 3. *cons.* 5. num. 3.]

X.

IMPOSSIBILE censetur, quod pendet à Principis voluntate, l. *cum servus* 39. §. *constat.* 7. ff. *de leg.* 1. l. *continuuus* 137. §. *cum quis* 6. & ibi gloss. *verb. relicta.* ff. *de verb. obligat.* [fac. l. 2. §. *tractari* 44. ff. *ad SCt. Tertull.* Bart. in l. *fin.* num. 2. C. *de sentent. pass.* & in l. *si quis sub conditione.* col. 2. *de testam. tut.* & in *tract. minor.* in cap. *incipere aliquis.* Vult. 1. *consil.* 16. n. 57. Jac. de S. Georg. in *verb. sed an Princeps.* num. 12. *vers.* 44. *de feud.* Curtius jun. *consil.* 182. num. 12. Pacian. 1. *consil.* 5. num. 46.] Abbas in cap. *cum esses.* num. 19. *de testam.* Rebuff. ad l. 143. *vers.* *limitatur etiam.* ff. *de verb. signific.* Mandos. ad reg. 32. *Cancell. quest.* 31. num. 11. & 12. Escob. *de ratiocin.* cap. 25. num. 5. Monet. *de distribut. quorid.* p. 2. *quest.* 3. num. 13. Sanchez. *de Matrim.* lib. 5. n. 4. Francisc. Molin. *de rit. nupt.* lib. 2. *different.* 2. n. 15. & *different.* 3. n. 36.

Intellige, quando Princeps regulariter illud concedere non consuevit, quamvis ex plenitudine potestatis potuisset; longè quidem aliter si consuevisset Princeps illud de facili indulgere, tunc enim illud venit considerandum, & possibile judicabitur, adeò quod alicui imputari poterit, si illud non imputavit. per l. *quidam relegatus* 5. in princ. ff. *de reb. dub.* l. 1. §. *permittitur* 41. ff. *de aqua quorid.* & *siervo.* tradunt Raph. Cuman. in d. l. *continuuus.* §. *cum quis.* col. 1. num. 7. Paul. de Caltr. num. 5. & Francisc. Aretin. *notab.* 2. col. 1. ac alii, quos refert & sequitur Rendina. in *promptuar. recept. sentent.* tom. 1. tit. 91. num. 8.

XI.

IMPOSSIBILE dicitur, quod tantum fieri potest per remedium extraordinarium, Tiraquell. *de retract. lig.* §. 32. *gloss. unic.* n. 56. Mandos. d. *quest.* 31. n. 12. Sanchez. d. lib. 5. *disput.* 5. num. 4. *vers.* & *confirmatur.* Cardinal. Tusch. d. tom. 4. lit. 1. *concl.* 55.

XII.

IMPOSSIBILIA non obligant, seu ad impossibile nemo tenetur, l. *si quis in gravi* 3. in princ. ubi Bartol. ff. *ad Syllan.* l. *si stipulor.* 35. ff. *de verb. oblig.* l. *Paulus* 3. ff. *qua sentent. sine appellat. rescind.* l. *impossibile.* ff. *de Reg. Jur.* §. *impossibilis* 10. *Instit.* *de hereditibus instituend.* cap. *nemo potest.* 6. *de Reg. Juris.* lib. 6. Thom. de Thomasset. in *floribus Legum.* reg. 194. Oldrad. *consil.* 232. *Quidam testator.* *vers.* *tertia ratio.* Joh. Jacob. de Leon. *inter consilia Bruni consil.* 117. n. 212. *cum seqq.* ubi num. 214. ait, quod procedit in contractibus, sententiis, & praeceptis, Surdus *decis.* 289. n. 21. Flamin. *de resign. benefic.* lib. 11. *quest.* 13. n. 8. Bellet. *disquisit. clerical.* part. 2. tit. *de clerico debitore.* §. 1. n. 4. Cardin. Tusch. *dict.* tom. 4. lit. 1. *conclus.* 54. sic subditi non tenentur ad impossibiles Collectas, Brunnem. ad l. 1. *Cod. de fundis limitat. pro his* num. 1.

Declaro hanc regulam, quod procedat in impossibilitate vera, secus verò si causaria. l. 1. §. 1. ff. *de Excus. tut.* neque impossibilitas, in quam quis seipsum conjicit, excusat. *M. v. P. 7. decis.* 99. n. 4.

XIII.

IMPOSSIBILITUM & valde difficilium idem est judicium, l. *cum servus* 39. §. *constat.* 9. ff. *de legat.* 1. l. *cum heres* 4. §. 1. ff. *de statulib.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 10. num. 120. Surdus *decis.* 141. num. 9. & 10. Pyrrh. Maurus *de fidejuss.* part. 1. in *pralud. sect.* 3. cap. 25. *alias* 34. num. 8. & 9. Impossibilitati enim equiparatur difficultas magna, l. 2. §. *ex quo.* & l. *continuuus* 137. §. *cum quis* 6. ff. *de verb. oblig.* Berroi. *consil.* 88. In *causa.* num. 35. lib. 1. Sebastianus Medic. *de casu fortuito.* part. 1. *quest.* 4. num. 13. Farinacius *fragm. crimin.* p. 1. lit. E. num. 143. Ziegl. *de Jur. Majest.* pag. 775.

XIV.

IMPOSSIBILITAS facit recedere ab omni interpretatione verisimili, vel mentis, etiamsi verba hoc importarent. Calderin. *consil.* 336. *alias consil.* 7. in *fin.* *de testam.* & *consil.* 150. *alias consil.* 5. *de verb. signific.* quem refert Card. Tusch. *pract. concl.* tom. 4. lit. 1. *concl.* 330. n. 27.

CAP. XXX.

De Impotentia.

Axioma I.

Causæ impotentiae masculinae sunt defectus lanceæ, nimia membri magnitudo, carnositas

tas, siccitas, frigiditas. Wehn. *Consil. Francon. 40.*

II.

Experientia testatur de ligâ genitalium, quæ sit certis quibusdam incantatoriis vocibus infusuratis vel alio intoxicationis genere. Zieriz. *ad Const. Crim. art. 133.*

III.

Impotentia coeundi omnimoda impedit & dirimit matrimonium. Ziegl. *Jus Canon. p. 423. 444. seq. 483. seq.*

IV.

Impotentia in foeminis plerumque ex ætâ nimis uteri constitutione nascitur. Ziegl. *d. loc. pag. 446.*

CAP. XXXI.
De Impubere.

Axioma I.

Impuberes nec consentire, nec dissentire, nec quicquam ante pubertatem intelligere existimantur. Ziegl. *Jus Canon. p. 399.*

II.

Impuberes distinguuntur in infantes, infantie proximos & pubertati proximos. Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. 6. thes. 39.*

III.

Impubes quamquam doli sit capax & crimen contrahere queat, commiseratione tamen ætatis mitius puniri debet. Ziegl. *Jus Canon. pag. 1028. Carpz. Pr. Crimin. P. 3. q. 143. n. 35. seqq.*

CAP. XXXII.

Impugnare vid. loc. supr.
de Contraventione.

Qui actum impugnat, aut dispositionem, ex ea se juvare non potest. *cap. ex eo 38. de reg. Jur. in 6. Klock. i. consil. ii. n. 121. Gabr. Comm. opin. lib. 6. concl. i. in pr. de R. I. Surd. i. consil. 136. n. 29. act. Arg. p. 149.*

Limita: si instantia nondum sit sortita finem in impugnantis favorem, potest pro se in alio judicio deducere etiam contra eandem personam. Vid. *Cancer. Part. 3. Var. Resolut. cap. 17. n. 393. seqq.*

CAP. XXXIII.

Impunitas.

Impunitas non tollit turpitudinem, aut delet, imò quos indulgentia liberat, eosdem notat: nec infamiam criminis tollit, sed poenæ gratiam facit. *l. fin. Cod. de gen. abol. l. generalis. C. de sent. pass. quavis poena remittatur, litura scelere inusta perpetuò manebit. Cicero i. de Legib. Ar. nil. i. relect. polit. 3. s. 5. n. 37.*

Improbilas vide supra lib. i. cap. 14. axiom. 3.

CAP. XXXIV.

Improprietas.

Impropria subjecta non admittunt propria prædicata. *l. 20. C. de rebus creditis.*

CAP. XXXV.

De Imputatione.

Axioma I.

Multa imputationi sunt obnoxia, quæ tamen collationem repudiant. *l. filia 4. l. filiam 7. l. a patre 10. ubi Dd. Cod. de collat. l. si quando 35. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. Cujac. lib. 3. observ. 20. Bart. in l. 1. §. nec castrensi. n. 6. de collat. bon. Andr. Rauchb. part. 2. q. 17. n. 36. Herman. Vult. de feud. lib. i. cap. 117. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 38. n. 17. Heig. part. i. q. 24. n. 30. Goldbeck. de Genad. c. 6. num. 8. argumentum enim à collatione ad imputationem universaliter non procedit. Carpzov. Part. 3. Constit. 11. Definit. 8. num. 11. quod declarat idem per rationem differentiarum. d. Constit. 11. Definit. 10. num. 4. ubi vid.*

II.

Imputandum est illi semper, quotiescunque stat per eum, quo minus aliquid consequatur. *fac. l. cum te 6. libi: non poterit tibi ea res esse fructu, quando non impleta promissi fide, jus tuum in suam causam reverteri conveniat. Cod. de pact. inter emt. & vendit. l. 1. Cod. de donat. quæ sub mod. cap. cum non stat. 66. de Reg. Jur. in 6. & l. jure civili 4. ff. de condit. & demonstr. Decius in l. in jure ff. de Reg. Jur. gloss. in l. in testamento ita. in verb. conditione. vers. illud notatur circa modum ff. de condit. insert. gloss. in l. libertas quos §. manumissis. in verb. si conditio. ff. de alim. legat. & l. illis libertas. vers. aut per eos non stetit. ff. de condit. & demonstr. Pacian. i. consil. 134. num. 81. Sic imputatur emtori nominis, si non investigavit, an debitor sit solvendo, vel non. Decius in l. qui cum alio. num. 3. ff. de Reg. Jur. Castrensi. in l. 1. num. 3. vers. Auger autem. ff. si quis in jus vocat. non terit. Alexand. in l. si cum dotem. §. si prator. col. pen. vers. cum addo. ff. sol. matr. Stracha in tract. de decoctor. part. 5. n. 4. vers. & addit in ambiguo. Pacian. consil. 50. num. 15. Sicuti & illi imputatur, qui non querit, an tutores pupilli legitimam auctoritatem habeant. Vant. de nullitat. ex defect. mandat. comparent. num. 148. vers. insuper si actor. vid. Cravett. consil. 223. n. 1. Borgn. de tutor. n. 28. vers. & ideo adversarius. Pacianus i. consil. 21. num. 52.*

III.

De se queri debet, qui sciens in rem alienam impendit. *l. 38. in princip. de hered. petit.*

IV.

Imputatio & Collatio ab invicem differunt, illa in legitimam, hæc verò in hereditatem fieri solet. Carpz. P. 3. Constit. 11. d. 10. n. 1.

CAP. XXXVI.

De Inæqualitate. Adde

supr. lib. i. cap. 36. de

Æqualitate.

Axioma I.

Inæqualitas quantitatum facit inæquales & proinde disparates obligationes. Wefembec. in part. FF 4. nat.

ut. ff. de duob. reis. n. 5. Idem est in disparitate causa, quæ itidem dispare facit obligationes, & duorum reorum constitutiones impedit. l. 9. §. 1. de duobus reis.

Fallit hæc regula in disparitate circumstantiarum, veluti loci & temporis l. 7. d. 1. quæ extranaturam obligationis plurium in solidum ejus substantiam non evertunt. vid. Cujac. in Pap. vid. l. 9. ff. de duob. reis.

II.

Non sufficit, quod gravatus alleget inæqualitatem, sed debet eam testibus vel instrumentis probare l. 1. §. Cod. de Censib. Contra hanc verò probationem discusso recte opponit: se secundum facultates gravati tributum seu Censum definitur l. 1. C. de Discussor. & Perez. eod. tit. n. 6. Contrarium tamen, quod æstimatori incumbat onus probandi iustitiam æstimationis, neque hoc casu pro magistratu præsumatur, tenet Brunnem. ad l. 1. C. de discussor.

CAP. XXXVII.

De Incantatoribus.

Axioma I.

Incantatores apud Italos dicuntur, qui cum dæmone expressum habent commercium, eoque auxiliante penè miracula edere possunt. Ziegl. Jus Canon. p. 959.

II.

Pœnam incantatorum ex jure divino tradit Petr. Gregor. Tholosan. Synt. Jur. lib. 34. c. 15. §. 1. ex legibus Caroli M. Id. cap. 14. §. 8. Indicia incantationis vid. apud Theoderic. Crimin. p. 1258. num. 32.

CAP. XXXIIX.

De Incapace.

Axioma I.

Incapax gaudet beneficio capacis, l. si communem 16. ff. quem servit. amitt. l. qui duos 15. ff. de liberat. legat. Intellige in connexis. Gilman. 4. 1. vot. 330. n. 262. eoque casu regulariter procedit, ut qui ex sua persona consequi non possit, ex persona consortis consequatur. l. si emancipati 9. Cod. de collat. Felin. in cap. placuit. num. 6. de prescript. Hippolit. sing. 108. Gail. 1. de P. P. observ. 6. n. 16.

II.

Incapacis sine sua culpa melior debet esse conditio quam ejus, qui sua culpa se incapacem fecit. Perez. C. de delator. n. 11. 12.

III.

Incapacitas nunquam præsumitur, sed probationem requirit. Mev. consil. 64. n. 6. Plura de Incapacibus vid. apud Marc. Anton. Peregrin. de Jure Fisci lib. 3. c. 1.

CAP. XXXIX.

De Incarceratione conf.

Rubr. Carcer.

Axioma I.

Incarceratio spectat ad eum, qui habet jurisdictionem. Besold. Thes. pract. verb. Einschließung der Malescanten.

II.

Pessima est consuetudo, quod incarcerati præter pœnam carceris solvere cogantur pecuniam das Fång- und Schließ-Geld / seque ipsos alimentare. Parthen. ling. lib. 1. c. 23. n. 12. Besold. Thes. Pract. b. verb.

CAP. XL.

De Incendio.

Axioma I.

Incendia plerumque culpa inhabitantium sunt. l. nam salutem 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. l. si vendita 20. ff. de peric. & comm. rei vendit. Gail. lib. 2. observ. 21. num. 3. Jason. in l. Juris gentium. §. Prætor ait. n. 21. ff. de pact. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 9. n. 224. Ludovicus Gomez §. sed ista. n. 21. Instit. de action. Alexand. consil. 50. n. 1. & 2. Baldus in consil. 149. Quidam. in fin. lib. 2. Jason. consil. 116. num. 1. lib. 1. Calcan. consil. 39. n. 2. & consil. 40. in fine. Marsil. sing. 393. in fine. Gozadin. consil. 63. n. 1. Francisc. de Marchis quest. 61. part. 1. & q. 521. part. 2. vid. latè Menoch. 2. arbit. judic. cap. 390. num. 3. Johann. Keppen. decis. 38. num. 22. Johann. Gecdd. 3. Consil. Marp. 33. n. 218. Unde hujus respectu incendium non censeri casum fortuitum, patet ex d. l. nam salutem 3. §. 1. ff. de offic. præfect. Vigil. Alex. consil. 262. Vñs opportunè col. 2. vol. 2. Turzan. commun. opin. 185. n. 8. & 11. Regner. Sixtin. 3. Consil. Marpurg. 7. n. 87. quanquam etiam inter casus fortuitos enumerari possit, si nimirum fortuito, atque ita aliunde quam è domo & loco ipso ortum habuisse, ut puta, si è cœlesti fulmine immixtus ignis sit, constituit, quo exemplo usi Fulgos. in d. l. si vendita 20. ff. de peric. & comm. rei vendit. & cum eo Gozadin. consil. 63. num. 2. vers. quarto adduco. Alberic. in l. fistulas. §. ult. ff. de contrab. emt. & in tract. statut. part. 2. quest. 81. Marsil. in l. 1. num. 118. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. vid. & l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. l. quo foreuicis. C. de pignor. act. l. si ut certo 5. §. quod verò senectute 4. ff. commod. l. pen. ff. de incendi. ruin. naufrag. gloss. in l. incendium. C. si cert. petat. & ibi Salicet. in princ. l. ex conducto 15. §. fin. l. si quis domus 9. §. fin. in fin. ff. locat. §. item is cui 2. Instit. quib. mod. re contr. obligat. Joseph. Ludov. dec. 25. num. 2. Petrus de Ubald. in tract. de duobus finitibus. 3. part. principali. quest. 18. n. 19. Angel. Aretin. in §. item is cui. num. 2. Instit. quibus modis re contrab. obligat. Igne. in l. contractus. num. 84. de Regulis Juris. Gail. dicit. observat. 21. num. 2. item si ignis sit immixtus, wenn es angelegt ist / vel venti violentia ortus. Schneidew. in §. 2. Instit. quib. mod. re contrab. oblig. num. 15. aut si constet inhabitantes esse vigilantes, Hippol. de Marsil. sing. 393. consil. Altdorff. 96. & tale incendium fortuitum non imputatur obligatio de incen-

incendio tenetur, nisi probetur culpa lata vel levis ejus vel fervorum aut domesticorum. Schneidew. in §. 28. *Instit. de action. in action. locat. n. 24. seqq.* Gail. L. 2. O. 21. Rauchb. 2. q. 10. n. 33. Nec vicinus vicino de incendio tenetur, nisi probetur culpa certi hominis circa officium delinquentis. Gail. L. 2. *observ. 22.* Rauchb. *dist. q. 10. n. 60. seqq.* Berlich. P. 2. *concl. 25. n. 105. 108.*

II.

Incendium ære alieno non exiit debitorem. L. incendium II. C. si certum petatur.

III.

Ob incendium culpâ seu negligentia eorum, qui in familiâ sunt, ortum non tenetur paterfamilias, nisi de familiæ negligentia monitus fuerit & monitum non observaverit. Struv. *Syn. Jur. Civil. Ex. 23. th. 95. Decis. Elest. Saxon. 79. ibique Philipp. obs. 2.* sed malæ fidei possessor de incendio fortuito etiam tenetur. Carpz. P. 2. *Decis. 200. n. 6.*

IV.

Incendiarii dolosi supplicio ignis & flammæ ex ordin. *Crim. Carolinâ* afficiuntur nec ordinariam pœnam effugiunt, licet damnum datum refarcire velint. Ziegl. *Jus Can. p. 962.*

V.

Incendium culpofum nunquam severiori quàm fustigationis pœnâ coercetur. Carpz. P. 4. C. 17. *Defin. 12.*

VI.

Incendii, ruinæ, naufragii, &c. occasione qui dolo malo rapuerit, damni quid dederit, contra eum datur intra annum utilem actio in quadruplum, post annum in simplex. L. 1. *seqq. ff. de incend. ruin. naufrag. ubi Struv.* Ex incendio verò rapere quis dicitur, non tantum si ex igne, vel ex loco, ubi incendium fit, sed & si propter incendium vel ex adjacentibus prædiis rapiat. L. 1. §. 2. *ff. eod. ibique Eckolt. §. 2.*

CAP. XLI.

De Incertitudine

& Incerto.

Axioma I.

Incertitudinis ratione licitum sit, quod aliàs in certo casu esset illicitum. *text. in l. si ea 17. ubi gloss. in verb. conduct. a. l. si oleo 23. C. de usur. & ibi Salicet. n. 1. Gail. 2. obs. 8. n. 3. & obs. 126. n. 5.* Ob incertitudinem enim eventus multa sustinentur, quæ aliàs non subsistunt. L. emptorem 12. in fin. cum l. seq. *ff. de act. emt.* Tiraquell. ad l. si unquam. 8. *vers. donatione largitus. n. 128. C. de revoc. donat. Carpzov. part. 3. constit. 20. definit. 3. n. 4. & in asilo debet. gen. cap. 1. §. 3. n. 99.* Sic incertitudo à contractibus vel negotiis removet suspicionem, crimen usurarum ac læsionem, etiam in foro conscientie, Tiraquell. in l. si unquam. in verb. donatione. n. 126. C. de revoc. donat. & de retract. convent. in fin. n. 133. Valq. *it. lustr. quest. lib. 2. q. 20. cap. 52. n. 11. Rauchbar. part. 2. q. 25. quest. Jur. Civil. & Saxon. num. 77. & part. 1. q. 20. num. 24.* suspendit omnem condemnationem. L. item Mela II. §. sed si plures 2.

L. ita vulnensius si. in princ. *vers. rursus. ff. ad Legem Aquil. Schneid. in Comm. ad Instit. §. incertis. de legat. à pacto de mutua & vicissitudinaria successione excludit votum improbum captandæ mortis alterius. Jaf. consil. 5. vers. nec prædictis. col. 2. vol. 3. Socinus consil. 43. n. 15. vol. 4. Francisc. Hottoman. consil. 1. sustinet emtionem annuorum reddituum ad vitam, quantumvis precium non exfoluturum esse, vel vita emtoris in plures annos prorogata, vel obitus ejus acceleratus postmodum comprobaverit. Dd. in l. si ea lege C. de usur. Molin. de usur. q. 72. n. 472. Gail. lib. 2. obs. 8. Copus de fructibus lib. 1. tit. 3. cap. 5. Læf. Zechus de usur. cap. 10. n. 23. Heig. *quest. 72. num. 7.**

II.

In re momentosa nemo se incerto committere tenetur. B. Argentæus in consuet. Brit. tit. 3. art. 96. not. 6.

III.

Incertum illud dicitur, quod multipliciter intelligi potest. Baldus in l. scire 17. *ff. de LL. & in consil. 218. incip. petita venia. col. 1. post med. & consil. 340. incip. & premitto. col. 2. libr. 3. Solin. in rubr. ff. de rebus dubiis. Cravett. cons. 415. n. 12. Harprecht. in Comment. ad Instit. tit. de nupt. pr. num. 67.*

IV.

INCERTITUDO rei vitiat actum, seu dispositionem. L. idem Pomponius §. §. fin. *ff. de rei vendicat. l. duo sunt Titii 30. de testam. tutel. l. tutor incertus. ff. eod. tit. l. ita stipulatus 115. l. ubi autem non apparet 75. ff. de verb. oblig. l. si sic. 75. §. 1. ff. de legat. 1. l. cum post 69. & gener. 4. ff. de jure dotium. §. incertis 25. Instit. de legatis. Camill. Galin. cap. 36. n. 46. lib. 9. de verb. signif. Farin. 1. consil. crim. 83. n. 161. Sic ob incertitudinem vitari privilegium asserit Oldrad. consil. 257. in fin. idem de provisione beneficii Ecclesiastici ait Oldrad. consil. 229. quem sequitur Cravetta consil. 104. & consil. 143. in fin. & consil. 147. n. 1. vid. & Marfil. sing. 206. & sing. 513. Tiraquell. de primogen. quest. 17. num. 12. hinc incertitudinem omnem perimere probationem, ex l. item apud 15. §. cui non 9. *ff. de injur. l. si servitus. 23. ff. de serv. urb. præd. probat Harprecht. in comm. ad princ. Inst. de nupt. n. 167.* Sic incertitudo impedire perhibetur acquisitionem domini. l. 3. §. incert. 2. *ff. de acquir. possess. licet in rem actio detur ratione partis incertæ ab adversario possessæ. l. que de tota 56. §. incertæ 1. ff. de rei vind. Fachin. II. contr. 51. imò ratione incertitudinis vitari titulum, ex l. locus 26. ff. de acquir. possess. firmavit Oldrad. consil. 164. Viso privilegio. vide Baldum & Dd. post Dyn. in l. si sic. §. 1. *ff. de legat. 1. & ibi Castrenf. ubi ait, se habuisse in facto, & quod talis titulus non profit, & censetur venditus vel cessus dubius probat l. si ja-***

si jactum. ff. de contr. emt. quem sequuntur Alexand. in d. leg. locus. & in consil. 28. Visis. colum. 3. in tract. de emt. & vendit. membr. 6. Bertrand. consil. 1. num. 107. p. 2. Balb. in tract. de prescript. 1. part. 3. in princ. quest. 6. Bertazol. 1. consult. decis. consil. 108. n. 62. cum res incerta nec possideri possit, quia talis res ignoratur, ubi, qualis, quantave sit, & consequenter nec tradi nec accipi. l. 3. §. 2. l. 20. ff. de acquir. possess. l. 32. ff. de usucap. l. 4. ff. pro Emor. Hegenit. lib. 1. de possess. cap. num. 23. vide latè Marfil. in rubr. C. de probat. num. 354. cum multis seqq. ubi multipliciter limitat. Barr. in l. 1. §. si quis in duobus. ff. de bonor. possess. secundum tab. ubi de duobus testamentis eodem tempore factis, Fulgos. consil. 183. Circa primum, in princip. ubi declarat, quando incertitudo est incerta, secus si potest reduci ad certitudinem. & consil. 204. col. pen. vers. ad secundum. ubi idem dicit, additque, incertitudinem vitare dispositionem in sententia, contrahibus & ultimis voluntatibus, Cald. consil. 521. aliàs consil. 6. de priv. ubi quod privilegium concessum Ecclesiæ S. Venantii talis loci, si ibi sunt duæ S. Venantii, nec apparet, de qua senserit concedens privilegium, est nullum maxime ad petitionem partis concessum, Alex. consil. 48. Copiose. lib. 4. ubi quod institutio heredis vitatur propter incertitudinem, sicut & tutoris datio incerta, Castr. consil. 177. In questione. n. 2. l. 2. ubi quod non potest dari procurator incertus, refert Card. Tusch. pract. concl. tom. 4. lit. 1. concl. 65. per tot. Marescota var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 44. Thom. de Thomaslet. reg. 146. ubi intelligit, quando actus est omnino incertus. Steph. Grat. discept. forens. tom. 4. cap. 640. n. 29. & cap. 682. n. 7. & cap. 715. n. 7. & 8. & cap. 736. n. 61. & cap. 742. n. 15. & tom. 5. cap. 1000. n. 19. Mangil. de imput. 9. 82. n. 18. [Exemplo illustrat Treutler. 1. disput. 27. tbes. 3. lit. b. ubi ait, quod mandatum de re incerta nullum sit, si res & pretium sit incertum, valeat autem, si res certa apparet. l. 3. §. 1. ff. mandat.]

Amplia etiam in favorabilibus, Dyn. consil. 41. n. 5. vers. preterea incertitudo. Anchar. consil. 216. n. 4. & favore libertatis, Fulgos. consil. 204. Albertus contraxit. in princip. n. 1. Cardin. Tusch. d. concl. 65. n. 25. & 26.

Limita de Jure Canonico, quia ubicunque potest mens haberi, etiam si non sit expressa, tunc valet dispositio incerta, quæ de Jure Civili non valeret, Alexand.

consil. 158. n. 8. lib. 7. quem refert Cardin. Tusch. d. conclus. 65. n. 56. & quod de aequitate Canonica non obstante incertitudine actus valeat, & agi possit, ut declaretur arbitrio boni viri juxta qualitatem personæ, & patrimonii, dictum fuit elegans Archid. quod Doctores miris laudibus prosequuntur, in cap. sunt nonnulli n. 2. vers. si res alia. q. 1. refert & sequitur Baldus in l. qui mutuum. §. salarium. in lect. antig. n. 2. vers. item vide. ff. mandati. sequitur etiam Anton. de Butr. dicens esse notabile, & perpetuo mente tenendum. in cap. ex parte. num. 7. de censib. Pannorm. in cap. 1. n. 5. de decim. Afflict. decis. 337. num. 10. Anton. Gomez. var. tom. 2. cap. 11. col. 4. vers. ad vertendum. Gutier. de juramento confirmator. part. 1. cap. 60. num. 6. Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 100. num. 7. [vid. & Claud. de Saycell. in 3. col. vers. ex hoc infero. ff. de verbor. obligat. Ludov. Gomez ad §. item si quis Instituit. de action. n. 8. ubi exemplo illustrat, ut si promissio incerta esset jurata, tunc talis promissio bene valeret, quia veniret certificanda per arbitrium boni viri, adde & Jason. in l. triticum. col. 1. de V. O.]

Limita etiam, quando incertitudo potest reduci ad certitudinem, sive per circumstantias, sive per conjecturas, vel aliquo modo certitudo colligi potest, Calderin. d. consil. 521. aliàs consil. 6. de privileg. Roman. consil. 188. In casu. n. 3. & 4. [Illud enim non dicitur incertum, quod habita relatione ad aliquid certificatur. l. ubi autem non 75. §. illud. 4. ubi gloss. de verb. obligat. Decius in l. certum. n. 3. ff. si cert. pet. Ruin. consil. 165. n. 8. l. 2. Menoch. 1. arbitr. judic. quest. 68. n. 43. Exemplum vide in l. quidam 30. ff. de legat. 2. ubi si testator legat in refectionem viae nec legati quantitatem exprimit, valet legatum, sed judicis arbitrio aestimatur, quantum censetur legatum id, quod favore viae reficiendæ constitui quidam sentiunt, Bartol. in d. l. quidam. Tiraquell. in tract. de privil. pia cause in presat. vers. item legatum. sed plerique hoc concedi dicunt, quia illa incertitudo per relationem ad aliud, hoc est, ad patrimonii quantitatem judicis officio certa reddi potest. Rebuff. in tract. de privil. scholar. privileg. 3. Menoch. 2. arbitr. judic. cas. 188. sic incertitudinem non vitare dotis constitutio, nem, patet ex l. filia pater 43. de legat. 3. l. cum post 69. §. gener. 4. ff. de jur. dot. cum certitudo ex his satis declaratur.

Bar-

Barbat. *consil.* 33. col. 4. in fin. lib. 1. Paris. *consil.* 8. n. 41. lib. 3. Socinus jun. n. 33. lib. 2. Grammat. *consil.* 101. n. 16. Sic etiam incerta petitio admittitur, si accessorie aliquid petatur, cum re principali. *cap. inter dilectos* 6. *vers. hec omnia.* & ibi Felin. de *fid. instrum.* Myns. in *S. curare.* n. 18. *insit. de action.* Regner. Sixtin. 1. *Consil.* Marburg. *consil.* 11. n. 15. His alia incertitudo dicitur determinabilis. §. 25. ff. de *legat.* alia apparet, alia in veritate l. 7. §. 1. de *C.E.* l. 27. de *condit. & demonstr.* Baldus *consil.* 188. per tot. lib. 5. ubi quod valet legatum factum futuræ uxori, vel futuræ nurui, quia licet sit incerta, tamen ex facto potest reduci ad certitudinem, Cravett. *consil.* 162. n. 3. *vers. tertio.* Ubi idem dicit, quando ex juris dispositione potest reduci ad certitudinem, & n. 4. extendit, quando uno casu tantum potest verificari, & n. 6. extendit etiam, quando incertum per iudicem venit certificandum, vel quando relatio fit ad unum certum de incertis, Bartolus & alii in l. fin. C. de *codicill.* ubi quod non viciat, quando provenit culpa adversarii, Baldus *consil.* 290. *Allegationes hinc inde* n. 2. lib. 4. ubi quod incertitudo non viciat dispositionem, vel opponi non potest, quando causatur a culpa opponentis, Zabarell. *consil.* 105. n. 2. ubi quod incertitudo, quæ brevi tempore venit declaranda, non nocet, sed imò cessat, & ideo limitatur axioma, quando incertitudo ad certitudinem reduci non potest, vel adest incertitudo in universo. Surdus *consil.* 128. n. 19. & 20. & *consil.* 221. n. 56. & 57. Stephanus Gratianus d. tom. 4. cap. 766. num. 8. qui cap. 742. num. 56. limitat etiam in incertitudine circa accessoria.

CAP. XLII. De Incestu.

Axioma I.

Incestus est concubitus illicitus inter consanguineos vel affines in gradu prohibito admittus, & punitur in consanguinitate lineæ rectæ ultimo supplicio. Inter fratres & sorores atque eos, qui sibi sunt parentum & liberorum loco, fustigatione cum relegatione perpetua. Inter reliquos collaterales consanguineos relegatione tantum. In affinitate in lineâ rectâ, fustigatione, in lineâ collateralis, relegatione. Carpzov. *Prax. Crim. Quæst.* 72. 73. & 74. Berl. P. 4. *concl.* 32. n. 14. & *conclus.* 33. num. 5. Speid. in *Notab. verb.* Blute schande.

II.

Incestus cum parentibus & liberis in speciei dici solet nefarius, quod ipsum Jus Naturæ violet

& talem bruta etiam animalia plerumque abhorreant. vid. Hug. Grot. de *Jur. B. & P. L.* 2. c. 5. §. 12. Carpz. *Præf. Crim.* 72. n. 19.

III.

Incestus committitur etiam in affinitate imperfectâ, non verò in cognatione spiritali, quæ merum Pontificiorum inventum est. Ziegl. in *Jur. Can.* p. 985.

IV.

Incestuosi liberi à legitimisationis beneficio Jure Civili Romano excluduntur. Ziegl. de *Jur. Majest.* p. 215. Solet tamen hodie Comitibus Palatinis concedi facultas, super maculâ nativitatis eorum dispensandi, quod à legitimisatione in effectu non differt. Stryck. in *usu modern.* ad ff. de *his, qui sui vel alien. jur.*

CAP. XLIII. Incidenter.

Axioma I.

Incidenter permittuntur multa, quæ non sunt per se. l. quoties 3. C. de *judic.* l. nullum 14. de *testib.* Curtius jun. in l. 2. n. 32. ff. de *jurisd.* Laur. Tennin. *cautel.* 6. n. 97. Cujac. ad *cap. lator.* 5. qui *fil. sint legitim.* Sic is, qui non potest cognoscere de causa status per se, cognoscere tamen potest de ea, si incidit in quæstionem de hereditate. l. 3. C. de *judic.* l. 1. C. de *ordin. jud.* Sic Prætor de crimine capitali non cognoscit, nisi incidat in causam civilem. Cujac. in l. 6. C. de *rebus cred.* C. l. A. de *offic. Prat. thes. ult.* Sic incidenter & consequenter Camera etiam de causis criminalibus & matrimonialibus cognoscit.

II.

Incidents articulus quatenus reguletur secundum causam principalem, vid. Mev. P. 3. *Dec.* 83. n. 4. Et an incidens causa in foro causæ principalis judicanda, id. P. 3. *Dec.* 280.

CAP. XLIV. De Inclusionis vide Limitatio.

Axioma I.

Ex inclusione non infertur alicui certæ personæ præjudicium. Corn. *consil.* 95. n. 20. & *consil.* 133. n. 10. lib. 2. Honded. *consil.* 12. n. 18. & *consil.* 13. n. 41. lib. 1. Farinat. 1. *consil.* 95. n. 16.

II.

INCLUSIO unius est exclusio alterius, l. cum Prætor 12. ff. [vid. *supr. de except. ax.* 8. & de *negatione ax.* 7.] de *judic.* l. cum maritus 21. C. de *procuratorib.* l. quamvis 2. C. de *pignoribus.* l. ait Prætor 7. §. sed quod Papinianus 10. ff. de *minorib.* cap. nonne. de *presumpt.* [Exemplum est in l. 22. de *Legib.* ubi Anton. Fab. & l. 11. §. ult. ff. de *pignor. act.* add. l. 14. ut in *posseß. legat.* ubi C. J. A. thes. 6. num. 40.] Angel. Aretin. *consil.* 29. Quando primum. à num. 6. cum *segg.* Simon. de *Pratis de interpret. ultim. volunt.* lib. 2.

lib. 2. dub. 3. n. 32. & 33. fol. 448. vol. 2. ubi multipliciter limitat Jac. Mandel. *consil.* 164. per totum. ubi latè declarat Decian. *consil.* 64. num. 11. lib. 2. Thom. de Thomasset in floribus Legum, reg. 148. Menoch. *consil.* 106. n. 314. cum segg. & *consil.* 141. à n. 9. & *consil.* 406. n. 44. & *consil.* 452. n. 27. & *consil.* 583. n. 11. & *consil.* 148. à n. 13. & de arb. jud. lib. 2. cas. 37. n. 22. Surd. *decis.* 195. n. 12. & *decis.* 291. n. 20. & *consil.* 25. n. 3. & *consil.* 58. n. 2. & *consil.* 152. n. 55. Pichard. ad princ. Institut. de exhered. lib. n. 10. Cardin. Tusch. *practic. concl. tom.* 4. lit. I. *concl.* 71. per totam. Ugolin. de officio & potestate Episcopi cap. 13. §. 13. vers. hac regula. Cas. Argel. de contradict. legitimo. *quest.* 5. n. 32. & *quest.* 10. num. 47. Mar. Anton. var. *resol.* lib. 1. *resol.* 1. num. 10. Octav. Glorit. *respons.* 1. part. 3. num. 132. Nicolaus Intrigl. *consil.* 3. n. 49. & *consil.* 49. & *consil.* 16. n. 15. lib. 1. Carolus de Grassis de Exceptionibus except. 7. Joh. Mar. Novar. *quest. forens.* lib. 1. *quest.* 7. n. 19. Duran. *Rotæ decis.* 48. n. 7. Mangil. de imputat. *quest.* 60. n. 3. & *quest.* 35. n. 6. Rot. *decis.* 273. in fin. & *decis.* 364. n. 4. & *decis.* 477. n. 3. part. 2. in postb. Farinat.

Amplia primò in consuetudine, privilegio, servitute, præscriptione, & omni dispositione includente certum locum, tempus, rem, vel personam, quia excludit reliqua plenè, Ruin. *consil.* 112. circa primum. n. 3. lib. 5. Angel. *consil.* 375. num. 3. Balb. *consil.* 33. Statuto cavetur. n. 3. vers. nam id. lib. 5. ubi quòd si est permissum infra certum tempus probari, lapso tempore censetur exclusa probatio, Signorol. de Homod. *consil.* 39. Queritur. in fin. ubi quod in facultate & privilegio aliquid faciendi, inclusio unius est exclusio alterius. Castrenf. *consil.* 468. Super hoc puncto. num. 4. lib. 1. ubi quod exclusio ad tempus inducit inclusionem post tempus. Petrus de Anchar. *consil.* 70. n. 8. ubi quod concessum ad tempus, videtur post tempus denegatum, quia inclusio unius, & c. Gemin. *consil.* 15. n. 18. circa fin. vers. ad sextum. & num. 19. ubi si alicui conceditur potestas aliquid faciendi usque ad certum tempus, post illud tempus censetur negata.

Amplia secundò in exemptione concessa in uno, quia operatur, ut alii non sint exempti, Castrenf. *consil.* 456. Visis. in fin. lib. 1. Cardinal. Tusch. d. *concl.* 71. n. 13.

Amplia tertio in rescripto, quia expressio unius causæ, vel speciei, ne dum non includit aliam, sed imò excludit. Cal-

derin. *consil.* 543. aliàs *consil.* 11. de sentent. excomm. circa medium. vers. expressio autem Abb. *consil.* 57. Attingam. n. 2. vers. 6. lib. 1. ubi quòd si in rescripto pluribus aliquid mandatur, & in aliquo unum excluditur, alios includi censetur, refert Cardinalis Tuschus *dict. lit. I. conclus.* 71. num. 73.

Amplia quartò in Iudice, quia inclusio unius ut iudicet, est exclusio alterius, l. cum Prætor. 12. ff. de iudic. Angel. *consil.* 375. Præfatis. per totum. maximè n. 3. ubi ait procedere quoad habentes parem vel minorem jurisdictionem, quia commissio uni facta privat æqualem, vel minorem habentes jurisdictionem, & quod delegatio facta uni de cognitione causæ, alteri censetur denegata, quando fieret per modum distribuendi jurisdictionem, nisi aliter constaret de intentione, vel in contrarium esset consuetudo, Bald. *consil.* 253. num. 1. & n. 2. vers. idem quando. lib. 5. ubi extendit, ut procedat, ubicunque alicui specialiter committitur jurisdictio etiam delegata, vel ordinaria per modum superioritatis, vel ad excellentiam commissarii, quia tunc censetur prohibita cognitio cuicunque alteri; vel ubicunque aliquid committitur uni Iudici, quod jure magistratus non competit alteri, quia tunc is solus cognoscitur, cui facta est commissio.

Amplia quintò in statutis, ut per Dyn. *consil.* 16. Diligenter. num. 11. vers. præterea. ubi quod statutum disponens de consanguineis, naturalibus, excludit spurios, ex quo inclusio unius est exclusio alterius, & *consil.* 27. Questio. articulus, circa fin. n. 5. vers. præterea. ubi quod statutum inducens certum onus Magnatibus, ut fidejubeant, prout Florentiæ, censetur eximere ab aliis. Bald. *consil.* 68. Quia statutum, circa finem. vers. præterea interim. lib. 1. ubi quod statutum excludens fœminas postquam dotatae fuerint, censetur illas includere ad successionem, antequam dotetur, & *consil.* 205. Præmissis verbis, ante med. vers. item notandum. lib. 4. & *consil.* 95. Questio est, & *consil.* 339. Opinio communis. lib. 4. & *consil.* 459. Circa questionem. in princip. n. 2. lib. 5. ubi quod statutum circa successionem includens certas personas, censetur alias excludere, Castrenf. *consil.* 441. ista questio. in princip. vers. quantum verò. lib. 3. ubi quod statutum novum corrigens antiquum in uno, censetur confirmare in aliis. [vide & Fr. Ansel. *consil.* 108. ubi

ubi, quatenus in statutis procedat, declarat.]

Limita primò, quando eadem ratio militat in excluso, quæ in incluso, ut per Thom. de Thomass. *d. reg. 128.* Menoch. *consil. 197. n. 83. ver. non obstat primò.* ubi etiam limitat, quando constat de mente, vel quando inclusio ad unum effectum contrarium operaretur, refert Cardinal. Tusch. *d. lit. I. concl. 71. n. 86.* Alex. Trentacinq. *var. resol. tom. 1. tit. de consuet. ref. i. n. 13. vers. huius textus.*

Limita secundò, quando unum exprimitur ratione frequentioris usus, quia non est exclusio aliorum, Petr. Gerhard. *sing. 97. in fin.* Cardin. Tusch. *d. lit. I. conclus. 71. n. 87.* Flam. Parif. *de confident. q. 29. num. 52.*

Limita tertio, quando inclusio & enumeratio unius fit per verba ampliatiua, ut est dictio, *maximè*, quia tunc non est exclusio alterius. Gemin. *consil. 6. n. 3. & 46.* ubi idem si inclusio fit comparative, Alex. *consil. 133. Viso processu. col. 2. in fin. vers. nec etiam ad hoc. lit. I.* quos refert Cardinal. Tusch. *dict. lit. I. concl. 71. n. 79.*

Limita quarto in illicitis. Alexand. *consil. 59. n. 9. vers. ne ad hoc. lib. 1.* ubi quod exclusio aliquorum statutorum non includit, ut alia illicita censeantur approbata, nisi Princeps simpliciter confirmans ea legerit & discusserit, alias non, refert Cardin. Tusch. *dict. lit. I. conclus. 71. num. 83.* ubi *num. 85.* limitat etiam in dispositione odiosa.

Limita quinto, quando inclusum & exclusum sunt connexa, quia regulantur eadem ratione, quando ex dispositione Juris exclusum includitur, vel quando inclusio fit causa dubitationis tollenda, Decius *consil. 11. n. 17. & consil. 99. col. fin. vers. tertio non obstat.* Alex. *consil. 75. Videtur. n. 3. 4. & 10. lib. 5. & consil. 225. Ponderatis. n. 24. & 25. lib. 6.* Simon de Pratis *de interpret. ultim. volunt. fol. 448. n. 39. & 40.* Cardinal. Tusch. *d. concl. 71. n. 80.* [sicut nec procedere potest regula Juris, cum de eo quaritur, quod alio jure vel medio inest, quam ejus, quod includitur. Gl. & Salic. in *l. qui de crimine 9. Cod. de accusat.* Wesembec. in *CC. de inoffic. testam. n. 22. p. 804.* Decius in *l. 1. in princ. in 3. lectur. n. 84. si cert. per. & consil. 11. n. 18.* Parif. *I. consil. 111. n. 39.*]

Limita sexto multis modis, ut per Mandel. *consil. 164. per tot.* Primò quia uno permissio alii non sunt prohibiti, sed in dispositione Juris remanent: secundò, quia non censetur derogatum aliis casibus,

quia alia via includuntur: tertio procedit, quando eadem est ratio, alias non: quarto, quando constat de mente & potestate: quinto, quando adest verisimilis causa, alias non; quando agitur de modico præjudicio, secus si de magno. Limitat etiam Mangil. *de imputat. q. 69. n. 11.* ubicumque favor unius includit eum, & excludit alium, ita demum alius excluditur, si ille, cujus favore inclusio est inducta, includitur, alias secus. Et limitatur denique axioma in his, quæ sunt de genere permissorum, in quibus unius exclusio non est exclusio alterius. Schrader. *de feudis, part. 2. quest. 6. princ. sect. 6. n. 68.* Mar. Giurba *ad consuetud. Messanen. part. 1. cap. 15. gloss. 12. n. 13.*

III.

Inclusio animalium est animalis pascensis apprehensio ad detentionem, donec damnum refarciatur; neque Jure Saxonico tantum, sed ex generali quoque consuetudine Germaniæ est recepta. Mev. *ad Jus Lubec. l. 3. tit. 11. ad rubr. n. 9.* eamque ex Jure Civili quoque deducit Felmann. *de Inclusion. animal. cap. 2.* Requiritur autem, ut fiat in ipso facto, deinde ut pignus captum apud Judicem apprehensionis deponatur. Berl. *Part. 2. concl. 34.*

CAP. XLV.

De Incogitato.

Axioma I.

Incogitatum id dicitur, quod quis ignorat sibi competere, cui nunquam renunciare intelligitur. *I. mater decedens 19. ubi Dd. de inoffic. Testament. Wesemb. 2. consil. 74. n. 59.*

II.

Ad incogitata dispositio non extenditur. *l. qui cum tutoribus 9. §. 1. & ult. ff. de transact. l. tres fratres 35. ff. de pact. l. mater decedens 19. de inoffic. testam. Alex. consil. 81. n. 22. vol. 6. Wes. 2. consil. 51. n. 13.* Nec conventio *l. qui cum tutoribus 9. §. 1. & ult. de transact. Carpz. 2. consil. 34. definit. 19. n. 5.*

Declarationis loco nota, non tamen alicui incogitatum posse proficere ignorantiam; sic verbi causa, ferendus non est, qui cum generaliter transegerit, postea causetur de una aliqua parte se tantum cogitasse, *l. non est ferendus 12. ff. de transact.* Illius enim animi incogitantia jus alteri inde quaeritum auferre non debet. Bartol. Bald. Salic. *Jaf. in l. sub pretextu specierum 29. l. si de certa 31. l. age 3. C. de transact. l. emptor 47. §. Lucius 1. ubi Castr. de pact. l. qui Rome 22. §. duo fratres 6. ubi laud. Jalon. Socin. & communiter Dd. de V. O. Parif. consil. 20. num. 24. 35. 77. 82. vol. 1.* cum propositum in mente retentum nihil operetur *l. si repetendi 7. Codic. de Condict. ob caus. dat.* unde ejusmodi quaestiones facti, cum

Gg

quis

quis dicit se aliud sensisse, quam ex contractu apparet, iudex non admittit. *l. sicut 8. §. si debitori 16. quib. mod. pign. solv.* Itaque generalis transactio complectitur omnia, ad quæ salva recti sermonis ratione extendi potest, nec prætenu ali- cuius omitti vel non cogitati impugnari debet. *d. l. sub prætenu. Alex. consil. 11. Viso. n. 9. & 15. vol. 2. Paris. consil. 20. n. 78. vol. 1. potissimum.* quando clausula de non amplius petendo subje- cta, Bart. in *l. Aurelius. §. Cajus n. 15. de liberat. Leg. Jas. in l. in hoc 14. §. ult. ff. commun. divid. n. 5. & 6. nec latio ultra dimidium subest, nec ma- jor potest peti summa, quam quæ sit expressa. l. sed etsi 4. §. quæsitum 4. ubi Bart. n. 2. Bald. n. 4. Jas. n. 15. & Dd. si quis caut. Panorm. cap. 1. n. 18. commod. Dec. consil. 27. pro virili. n. 4. 5. & 8.*

CAP. XLVI. De Incolis.

Axioma I.

Incola est, qui in aliquam regionem domici- lium suum contulit. *l. 239. §. 3. ff. de V. S. Carpz. P. 3. C. 12. d. 18. n. 6. & P. 3. Consil. 38. Defin. 18. n. 9.* neque hi tantum incolæ sunt, qui in oppido morantur, sed etiam qui in alicujus oppidi fini- bus ita agrum habent, ut in eum se, quasi in ali- quam sedem, recipiant. *d. l. 239. Mev. P. 3. Dec. 165. num. 5.*

II.

Incola legibus & consuetudinibus loci, ubi est incola, subiectus est. *Mev. P. 2. decis. 160. num. 5. Carpz. P. 3. C. 12. Defin. 16. n. 1.*

CAP. XLVII. De Incommodo. Adde. lib. 3. cap. 31. de Commodo.

INCOMMODA eum sequi oportet, quem commoda & utilitates sequuntur. *Clem. 1. de censib. [l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de furt. l. secundum na- turam. de reg. jur. reg. qui sentit. de Reg. Jur. in 6.] Escob. de ratiocin. cap. 42. num. 12. & comput. 20. n. 14. Ferrer. in consil. Catalonie, gloss. 3. n. 89. Vide dicta supr. verb. Damnum.*

CAP. XLVIII. De Incompatibilibus.

Axioma I.

Quoties duo Incompatibilia concurrunt, tunc illud præferendum, quod est potius. *argum. l. 10. ff. de stat. hom. l. 3. in princip. ff. de tutel. Schrader. de feud. p. 6. cap. 6. num. 6. Guithelm. Anton. in tractationib. de Rescript. mortuor. c. 59. num. 44.*

II.

Incompatibilia plura quando copulantur, tunc copula resolvitur in alternativam vel dis- junctivam. *Rom. consil. 480. n. 4. Socin. consil. 128. n. 3. Tusch. tom. 2. lit. C. concl. 1033. n. 71. Et con-*

currentibus pluribus incompatibilibus prævalent ultima. *Tuschus eod. tom. concl. 1011. per tot. Assumpt. in telo necessitat. pag. 29.*

CAP. XLIX. In continenti.

Axioma I.

In continenti (von Etund an) fieri dicitur, quod in ipso actu fit. Bart. in *l. obligari. §. 1. n. 1. ff. de autor. tutor. Octav. Vulpell. in tract. de præ- pos. ad verba & conjunct. signif. lit. l. verb. in con- tinenti faciunt, quæ de hac re notavit Cephal. consil. 221. n. 16. vol. 2. & consil. 710. n. 24. vol. 5. & significat actum esse expediendum summariè absque strepitu iudicii sine novo processu, ut do- cet Bartolus in *l. 1. n. 2. ff. jud. solv.* Panorm. in cap. quia propter. n. 17. post gloss. & Dd. ibid. de Elect. Hinc quando dicitur probationem in con- tinenti fieri debere, quidam pro in continenti intelligunt quasi in momento, *l. 3. vers. hodie ibi: hodie constat, hodie agemus. de fideicommiss. l. in possess. legat. alii largiuntur biduum vel triduum. l. ult. & ibi Castrenf. C. de errore Advocat. l. ult. Cod. de judic. quidam decendum. l. 20. §. 1. de constit. pecun. Wesemb. consil. 3. n. 32. & consil. 6. n. 38. alii 15. dies. arg. cap. 1. de restitut. spoliat. nonnulli duos vel tres menses, ex *l. 45. §. 10. l. 46. §. 4. ff. de jur. fisci. alii quatuor, per l. fin. C. de usur. rei judic. plerique tamen iudicis arbitrio committunt, Hartmann. tit. 5. observat. 1. Me- noch. 2. arb. q. 17. n. 8. Boër. in decis. q. 296. n. 7. Coler. de process. execut. p. 4. cap. 2. n. 12. Fri- deric. 2. de mandat. cap. 74. n. 3. Vult. 2. jurispr. Roman. cap. 21. n. 50. Rauchbar. p. 2. quæst. Jur. Civil. & Saxon. q. 25. n. 104. Qui pro subiecta materia variè hanc formulam interpretatur, adeo ut quandoque longum tempus contineat: sic exempli causâ, si quis pecuniam recipit quasi statim redditurus, non prius tenetur ad usuras, quam interpellatio judicialis facta sit, licet longo interposito temporis spatio. vid. *Carpz. 4. consil. 56. per tot. add. plura de effectu hujus form. apud Dn. Barbof. in dict. usufreq. in hac voce, de privi- legio tñ in continenti vid. Ces. Argel. de Patron. Tr. de acquir. Possess. quæst. 2. art. 1. seqq. latissimè.****

II.

IN CONTINENTI quæ fiunt à Jure, inesse dicuntur, *l. lecta 40. vers. dicebam. ff. si certum petat. l. petens 27. C. de pactis. cap. officii 38. de elect.* [Quod procedit maxi- mè in contractibus, cum ea, quæ in continenti fiunt, ipsi contractui inesse censentur. *l. 7. §. quinimo 1. cum seq. de pact. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 18. num. 11. Berlich. part. 2. conclus. 41. n. 15. Carpzovius Part. 2. Constitut. 33. Defin. 5. num. 12.] vide Alexandrum consil. 90. Ferè omnis. num. 5. lib. 1. ubi ait locum habere in iis, in quibus partes possunt de novo disponere, non autem in Iudice, qui functus est officium, propter ver- bum,*

hum, absolvo vel condemno. Anton. Gabr. commun. l. 1. tit. de præsump. conclus. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 43. n. 54. Marian. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 69. n. 5. & resolut. fin. casu 62. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 4. lit. I. concl. 81. per tot.

Limita, nisi uterque contrahentium consentiat, id enim vult textus in d. l. l. e. dum de actis agit in continenti adjectis, quæ certè non nisi utriusque consensu constant. l. 1. §. 2. de pact. Schultz. not. ad q. 4. p. 2. vol. 2.

CAP. L.

De Incorporalibus.

Incorporalia dividi non possunt. l. 2. §. & barum 1. ubi Jaf. n. 2. l. 72. ubi Bart. de V. O. l. 17. de servit. neque ad numerum mobilium immobiliumve aggregari, l. 15. §. in venditione 2. ubi Jaf. de judic. l. 7. ubi Bart. de pecul. nisi per interpretationem, cum pro subjecta materia id fieri necesse sit, quo casu plerumque pro immobilibus habentur. l. 2. C. de servit. vid. l. 14. C. de SS. Eccles. l. 1. C. si advers. transact. Wesemb. in parat. ff. de rer. divis. n. 4. quapropter nec possideri nec detineri intelliguntur. l. 13. §. 1. ff. de acqu. dom. l. 4. §. 27. ff. de usufructu. ideoque nec actione rei vindicationis peti possunt, licet aliis actionibus in rem vindicentur tot. tit. ff. si serv. vind. & simpliciter nec traditionem, nec usucapionem recipiunt. Quod si tamen aliquando possideri legantur, veluti in l. fin. de itin. act. priv. & tradit. u. §. 1. l. 3. in princip. ff. de usufructu. hoc de impropria & analogica possessione intelligendum erit: sicut plerumque particula quasi vel veluti improprietatem denotans adjicitur: itaque cum Ulpianus in l. 2. circa fin. de precar. loquatur de possessione juris vel corporis, non in uno significato possessionem accipit, sed respectu corporis propriè, respectu verò juris impropriè, Hegenit. lib. 1. de poss. cap. 3. num. 28. Ex quo consequitur, quod juriur incorporalium illa quasi possessio non aliter induci ac acquiri dicatur, quam sciente & patiente Domino, in cuius præjudicium acquiritur, l. quoties 15. & l. fin. ff. de servit. l. 2. Cod. eod. ibique Dd. Gail. lib. 2. observ. 66. n. 4. Covarr. in cap. possessor. p. 2. in princip. num. 8. de Reg. Jur. Schurff. consil. 84. num. 3. cent. 2. vid. & Fridericum Mindan. in tract. de interd. 28. n. 70. ubi ait, quod licet aliqui Doctores putent scientiam & patientiam in his casibus non adeo esse necessariam, sed sufficere ad acquirendam quasi possessionem juriur incorporalium ipsum usum absque scientia illius, cui præjudicium fit, hoc ipsum tamen limitat, modo usus ille fuerit pacificus, & ab eo, cui præjudicat, non impeditur, add. & Covarr. d. loc. n. 9. vers. ego vero. Ex diuturno enim usu & maxime non clandestino, sed manifesto actuum possessoriorum, præsumitur quidem scientia & patientia ejus, contra quem exercetur, sed ista omnia

cessant & eliduntur, ubi per actus contrarios prohibitionis, protestationis liquido de dispatientia constat, contra quem possessio vel quasi vult quæri, adeo ut etiam vel per unicum actum dispatientia possessionis acquisitio impediatur. Wesemb. l. consil. 18. num. 19. Molin. in Consuet. Paris. rubr. 1. de feud. §. 7. n. 19.

CAP. LI.

De Incorporatione.

Axioma I.

Incorporata eodem Jure habentur cum illis, quibus incorporantur, Mov. consil. 5. n. 29.

II.

Per incorporationem jura quæ sita non nisi in futurum exerceri possunt, ad præterita verò & lites pendentes minimè pertinent, cum nec ipsa lex eo extendatur. Brunnem. consil. 136. num. 56. & 125.

III.

Incorporatio facti est, neque præsumitur. Brunnem. consil. 162. n. 31. n. 168. 175. seq.

CAP. LII.

De Incrementis Juris
vid. supra Augmentum.

Sententiæ Juris paulatim admittuntur, l. 11. §. 13. de legat. 3. Nulla enim lex neque scil. videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum: Sed multa indigere correctione & ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. Nov. 74. præfat. Bitch. in prælect. 1. F. 8. §. 1. in fin. Cujac. ad tit. C. de præd. & aliis reb. min. l. 13. ff. de LL. §. 1. Inst. de fideicom. hered. §. 3. Instit. de testam. ord. & §. item si quis 13. vers. sed Inst. de inutil. stipul. princ. Inst. de Codicill. §. 1. vers. antiquissimo. l. F. 1. l. 18. §. 1. ff. de judic. c. cæterum 3. ibi: Praetores paulatim. Instit. de legit. agnat. success. Exemplum est in l. 9. de oblig. & act. ubi cum quatuor tantum actiones filiofam. datæ essent, postea omnes datæ sunt: alud vid. in l. 5. de manumiss. vind. ubi cum diceretur dubitatum fuisse, an Consul apud se posset manumittere, post collata cum l. univ. §. 2. de offic. Consulis, nullam amplius hac de re dubitationem esse ibidem deciditur. Simile habemus in Lege Falcidia; cum enim initio pactis demum heredes hoc obtinerent, ut detrahere ipsis partem de hereditate liceret, §. 2. in fin. Instit. ad Leg. Falcid. Tribuns plebis id, quod usitatum fieri in civitate, traduxit in legem. Bachöv. add. §. 2. Instit. d. tit. in fin. His adde & l. 10. §. ult. C. de advocat. divers. judic. hinc illud Cujacii lib. 3. Paul. ad edict. l. 4. de præd. p. 15. ubi ait, quod vulgo fieri solet, sæpe ab in Legem & habetur pro facto vel pro dicto, etiamsi dictum aut factum non sit. l. ult. Cod. de fidejuss. quod haud mirum est: non enim consistent exempla, unde coeperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt, & ubi semel recto aberratum est, in præceptis pervenitur, nec quisquam

quam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Vellejus lib. 2. hyst. cap. 3. Hinc dicit Imperator in *Præfat. Novell. 74.* nullam Legem esse, quæ ab initio statim suffecerit & perfecta fuerit, sed omnes indigere multa correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. Eodem etiam modo se habet res quoad decrementum: ut enim paulatim jus civile crescit, ita & illud non nisi paulatim decrescere potest, Cujac. in *par. C. tit. de bon. libert. & jur. patr.* exemplum vide in §. 2. *Inst. quib. alien. licet vel non.* l. 4. ibi: *hoc jure utentium.* Novell. 89. in *præfat. vid. infr. cap. jus.* Hanc autem regulam porissimum de sententiis Jctorum accipiendam esse docet Jacob. Schultes. q. 69. n. 55. & seq.

CAP. LIII.

De Indebito.

Axioma I.

Quoties indebitum solvens accipienti ullo modo naturaliter obligatus est, toties, quocunque errore fuerit solutum, non repetitur, quia obligatio naturalis utitur non debet actionem, concedit tamen Exceptionem & sic impedit conditionem indebiti, nam & hæc naturalis est. l. 15. ff. de *condict. indeb.*

Exemplum: ita filius familiæ, qui contra Senatus-Consultum Macedonianum solvit mutuum, illud non repetit l. 40. pr. ff. eod. idem dicendum de eo, qui male absolutus sponte per errorem solvit. l. 1. Jul. 28. ff. eod.

Limita: ut procedat (1.) in obligatione naturali plenâ, quæ jure naturali actionem producit. Lauterbach. ad ff. de *Condict. indeb.* Tit. XI. §. 1. (2.) nisi illa naturalis obligatio à Jure Civili in specie sit reprobata, ut in pupillo l. 41. ff. eod. & muliere, si ex causâ fidejussionis pecuniam solverit.

II.

Indebiti conditio datur ad repetendum indebitum solutum, quia nemo cum alterius detrimento debet fieri locupletior. Mev. consil. 99. num. 1.

III.

In indebiti conditione duo extrema Actor probare debet, solutionem & ignorantiam sive errorem, Carpz. P. 2. C. 28. d. 21. n. 4. Juxta Brunem. verò in l. 1. Cod. h. t. tantum probandum, quod indebitum solutum sit, ignorantia autem seu error præsumitur.

CAP. LIV.

De Indefinitis.

INDEFINITA æquipollet universali, l. si servitus 24. ff. de serv. urban. præd. l. si ita relictum 43. l. pluribus 44. ff. de Legatis 2. l. si plures 98. ff. de Legatis 3. l. Julianus 60. ff. de legat. 2. l. si quis filio 6. §. 1. ff. de irritorupto testam. l. 2. ff. de liber. & posthum. l. 1. Casar 15. ff. de publican. l. si quis 5. §. idem Julianus 2. ff. de lib. leg. facit dilucide

text. in l. qui peculii. 46. de pecul. l. 7. de rit. tic. vino vel oleo legat. Cujac. in l. 2. eod. tit. Non ineleganter adduci etiam potest text. in l. si duo patroni. 13. §. idem Julianus scribit. 2. de jurejurando. cap. sollicita 6. de majorit. & obedient. cap. quia circa 22. de privileg. Gloss. verb. aliorum. in c. ut circa. de elect. lib. 6. Menoch. consil. 97. à n. 154. & consil. 173. n. 16. cum seqq. & consil. 329. n. 24. & de præsumption. lib. 4. præsumpt. 21. n. 5. & præsumpt. 62. num. 7. Mascard. de probationib. conclus. 1181. n. 38. [vid. Carpzov. 6. respons. 8. ubi elegans hujus rei ponitur exemplum.] Pichard. ad §. si eadem res. l. de legat. n. 43. Thom. de Thomasset in florib. Legum, reg. 150. Covarr. var. lib. 1. cap. 13. n. 6. Cardinal. Mantica. de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. tit. 4. num. 12. & lib. 7. tit. 5. num. 1. & 10. Menchac. quest. usufrug. lib. 2. cap. 30. à num. 28. Surdus de aliment. tit. 5. quest. 1. num. 13. & 16. & tit. 8. privileg. 27. & tit. 9. quest. 13. num. 10. 13. & 17. & decis. 188. n. 4. & consil. 216. n. 25. & consil. 244. num. 21. & consil. 308. n. 48. Brunor. à Sole in locis commun. verb. definita 2. Francisc. Leo in thesaur. for. Ecclesiast. part. 1. cap. 9. n. 24. Dn. Barbof. in rubr. ff. solut. matrim. p. 4. n. 49. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 3. resolut. 29. n. 6. Farinacius in praxi crimin. p. 4. decis. 69. num. 8. & decis. 458. num. 1. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 86. & 87. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 46. num. 8. Eman. Figueira de Negreiros in introduct. ult. volunt. lib. 1. cap. 11. n. 37. Octav. Glorit. resp. 6. n. 89. [Est enim tantæ potentia, quantæ universalis, cap. sicut nonnulli 1. quest. 1. Gloss. in cap. pastoralis. de donat. Bart. in l. si ita. de aur. & arg. leg. Cravett. consil. 86. n. 60. vol. 1. v. c. sic in pr. l. quib. mod. toll. oblig. dicitur obligatio tolli solutione ejus, hoc est, omnis ejus, seu totius ejus, quod deberur, ita in l. 1. ff. de test. testamentum definitur voluntatis nostræ iusta sententia de eo, hoc est, de omni eo, &c. Sic in l. 1. Cod. de jur. Emphyt. legitur, ipsius rei, id est, totius. Sic agere, est in solidum agere. l. 40. solut. matrim. l. 5. C. de rei vind. l. 3. in pr. ff. de constit. pec. l. 28. §. 9. de liber. legat. l. 7. in pr. de tutel.]

Intellige primò axioma procedere, quando subest eadem ratio omnium sub indefinita comprehensorum, [cap. ut circa. verb. aliorum beneficiorum. ubi gloss. de Elect. in q. Dyn. de Reg. Jur. n. 8. in proem. Decius consil. 243. col. 1. & consil. 388. n. 3.] Castrenf. consil. 153. Super primo. num. 3. vers. circa secundum. lib. 1. & consil. 176.

Vide.

Videtur, n. 2. lib. 2. Alexand. consil. 26. Consideratis verbis. n. 3. lib. 4. Cardinal. Tusch. tom. 4. lit. l. concl. 86. num. 1. & 2. Covarr. d. cap. 12. n. 9. [non solum si proferatur à Lege, sed etiam si ab homine, & hoc ex interpretatione non necessitate verborum, Vasquez. lib. 2. contr. Jur. cap. 31. num. 43.]

Intellige secundò, ut indefinita æquipollet universali distributivè, non collectivè, Cardin. Seraphin. *decis. 409. num. 9. [Abb. in cap. 2. de conjug. Leprosor. Oldr. consil. 100. Alexand. consil. 10. col. 1. lib. 1. & in l. rescriptum. ff. de pact. Hippolit. sing. 171. Ludov. Gomez. Comment. ad rubric. Instit. de actionib. n. 4. Roland. consil. 89. n. 15. lib. 3.]*

Intellige tertio, ut indefinita universalis significationis vim obtineat; non ex propria vocabuli significatione, sed ex æquitate & benignitate quâdam, propter mentem disponentis, vel materiam subiectam, ut per Bartolum in l. 1. num. 3. de Reg. Jur. Covarr. d. cap. 13. num. 5. Menoch. d. consil. 97. n. 155. Rending. in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 82. n. 1. Corn. consil. 160. n. 6. in fin. lib. 3. Cardinal. Tusch. d. concl. 86. num. 16. Hippol. Riminald. in cap. que in Ecclesiarum. num. 225. de constitut. Cardinal. Mantic. *dict. tit. 5. num. 1. Peregrin. de fideicom. art. 7. n. 55. [Adde & Bart. in l. si pluribus. de legat. 2. & in l. qui adificium. ff. de servit. urb. pred. per text. in l. si servitus 23. de servit. urb. pred. ibi: & humanius est verbo generali, & c. Corn. consil. 138. placet mihi col. fin. lib. 2. & consil. 250. lib. 3. col. 3. pr. & consil. 83. eod. lib. & consil. 224. Considerata. col. 6. eod. lib. Lud. Gomez. in Comm. ad rubr. Inst. de action. n. 4.]* Et hinc jam facile constat decidendi ratio, & concordia ad textum in l. placet 4. de lib. & posthum. cum l. 2. eod. tit. quare scilicet institutio indefinita posthumi valet, & ad omnes posthumos porrigitur, etiam si ex alia, quam testator duxit, uxore nati sint; exhereditatio verò non ita, juxta d. l. 2. Nam ultra rationem differentiæ inter odiosas, & favorabiles dispositiones, utrumque illud ex verosimili partis mente facile colligitur: nam sicut pietatis paternæ officium postulat, quod filium instituens de omnibus intellexisse videatur, cum affectus paternus omnem alium vincat, l. ult. C. de curat. furiosi, & notatur in cap. afferre, de presumpt. ita eadem paternæ pietas exigit, ut videatur pater exheredare voluisse; notant omnes præcitati, & melius

ceteris. Cov. d. cap. 13. n. 9. vers. 8. & vers. 14. Paleoeth. & alii plures, de quibus Alphan. collect. 658.

Amplia primò, ut etiam indefinita negativè concepta vim habeat universalis, [Fulgof. in l. juris gentium. §. sed si fraudandi. per gloss. ibidem ff. de pactis. Decius in cap. nam concupiscentiam. not. 5. de constitut. Felin. in cap. fin. de Treug. & pac. & consil. 3. incipit: Et diligenter. col. 3. n. 5. p. 1. Ludov. Gomez in dict. rubric. num. 5.] Cuman. consil. 38. Maritus. col. 2. vers. ex adverso. Decianus consil. 13. num. 11. & 12. lib. 1. Cardin. Tusch. *dict. concl. 86. num. 15. & 16. ubi num. 25. post Castrenf. consil. 441. Ista questio. n. 3. subdit, quod indefinita negativa æquipollet universali indistinctè, Riminald. jun. consil. 150. num. 53. cum seqq. Octav. Glorit. respons. 3. part. 1. n. 153. & procedit juxta vulgarem traditionem, quæ docet, quod plus tollit negatio, quam ponit affirmatio; negatio enim malignantis naturæ est, & quicquid sequitur negat, Gloss. verb. à suspensis, in cap. cum dilectus. de consuetud. Gloss. verb. non potest. in c. 1. de Reg. Jur. lib. 6. gloss. 1. in l. Juris Gentium. §. sed si fraudandi. ff. de pactis. quos sequuntur frequentissime scribentes per text. in l. si is, qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub. cum multis aliis, quæ latè prosequitur Tiraquell. de primogen. quest. 24. num. 12. & in l. boves. §. hoc sermone. ff. de verbor. signif. latè comprobans, quod licet ex illo textu conditio, si nupserit, affirmativa de iis nuptiis solum intelligatur, negativa tamen, si non nupserit, de omnibus intelligitur, ex text. in l. si sic stipulatus 134. ff. de verbor. obligat. notat gloss. ult. per text. in l. hoc genus 105. ff. de condit. & demonstrat. & in nostris terminis receptum comprobatur Covarruv. d. cap. 13. num. 7. eoque exemplo demonstrat, quia qui dicit, homo nusquam currit, dicere videtur, nullus homo currit, & sic de similibus. [Imò indefinitam orationem affirmativè prolatam æquipollere universali, non ex propria verborum significatione, sed ex humanitate & benigna interpretatione, negativam ex virtute verborum, non autem ex humanitate universali, testantur Fulgos. in l. si servitus. num. 3. vers. secundum Dd. ff. de serv. urb. pred. Tiraquell. in l. boves. §. hoc sermone. num. 5. vers. hincque prodit in septimalimitatione. ff. de V. S. Dec. consil. 400. num. 5. vers. & hoc omnino dicendum est. col. 3. Felin. in cap. 2. col. fin. in sexta fallentia. extr. de*

treug. & pac. Cagnol. in l. 1. n. 8. ff. de Regulis Juris. Decian. consil. 1. n. 61. vers. & indefinita. vol. 2. Cephal. consil. 46. Adhuc. n. 14. vers. sic etiam indefinita. vol. 1.]

Amplia secundò, quod indefinita à lege probata vim habet universalis; cum enim de ratione legis sit, quod in omnes, non in singulos dirigatur, *l. Jura 7. ff. de legib. meritò indefinita à lege prolata vim habere dicitur universalis ex materia subiecta & legislatoris mente, ut bene notavit gloss. verb. aliorum, in cap. ut circa. de elect. libr. 6. quam sequuntur alii omnes in princip. hujus axiomatis citati, unde quoque, & consequenter deducentes, idem dicendum esse in statutis municipalibus, quia similiter ad omnes subditos diriguntur, & omnibus de municipio, non singulis dantur, ac subinde verba indefinita eorum æquipollent universali, ita Bart. in l. omnes populi. n. 57. ff. de iustit. & Jur. Corn. consil. 106. n. 5. & 6. lib. 3. Socin. jun. consil. 118. n. 3. lib. 3. & consil. 110. num. 3. eod. lib. Rolandus à Valle consil. 61. num. 28. lib. 3. Decianus consil. 17. num. 20. & 21. lib. 1. Covarruv. d. cap. 13. num. 8. vers. Quarto. Cardin. Tusch. d. concl. 86. num. 17.*

Amplia tertio, in supplicatione, ut per Rolandum à Valle consil. 61. num. 28. lib. 3. Cardinal. Tusch. dict. concl. 86. n. 19.

Amplia quarto, ut indefinita æquipolleat universali in contractibus, & renunciationibus, quando verba sunt apta comprehendere, Roman. consil. 251. Clarissimè dicitur. n. 5. vers. Respondetur. Cardinal. Tusch. dict. concl. 26. n. 20. Cardin. Seraphin. concl. 1008. n. 8.

Amplia quinto, in alimentis, Alexand. consil. 171. Viso processu. n. 4. & 5. vers. superest. lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 86. n. 14. Francisc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 46. n. 12. Sebast. Medic. de reg. jur. reg. 2. n. 7. vers. alimentorum favore.

Amplia sexto, in omni dispositione, Fulgos. consil. 130. Gaspar. notarius. n. 1. ubi loquitur in calculis & computis, quia calculus de gestis & factis æquipollet universali, ut comprehendat omnia gesta & facta, Alexand. consil. 36. Viso themate. n. 8. vers. sed ita est libr. 2. ubi agit in renunciatione facta feriis messium indefinitè, quia intelligitur quoad omnes causas, & n. 9. de constitutione procuratoris indefinitè ad causas, qui erit etiam procurator in causa appellationis. Et in ultimis voluntatibus, *l. si plurib. 44. ff. de legat. 2.*

l. si plures 98. ff. de legat. 3. Surdus consil. 336. num. 7. & consil. 352. num. 19. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 685. num. 9. Item & in statutis, Covarr. lib. 1. var. cap. 13. num. 8. Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 82. num. 1. Surdus consil. 393. n. 6. & consil. 402. n. 14. & consil. 426. n. 24. Stephan. Gratianus d. cap. 685. n. 9. & 15. [& quod indefinita oratio comprehendat remedia tam ordinaria, quam extraordinaria, ponit Petr. à Placha in epitom. delict. lib. 1. c. 1. num. 7. ante fin. vers. Quarto bis tandem prænотatis] nisi statutum sit correctorium vel odiosum. Olasch. Pedem. decis. 168. num. 21. Surdus consil. 430. num. 24. Sebast. Medic. d. reg. 2. num. 11.

Limita primò, quando non est eadem ratio particularium contentorum sub indefinita, quia tunc distinguitur ex ratione, etiamsi lex indistinctè loquatur, [exemplum evidens est in l. 20. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. add. l. 42. §. 2. de noxal. act.] ita Calderin. consil. 494. circa fin. alias. 3. de heret. Signorol. consil. 69. n. 8. vers. nihilominus tamen. Corn. consil. 83. Circa primum. n. 2. lib. 4. Fulgos. consil. 75. in fin. Francisc. Niconiq. in cap. quoniam contra p. 2. n. 775. de probationib. Covarruv. d. cap. 13. num. 9. Peregrin. de fideicommiss. art. 7. num. 56. Cardin. Tusch. d. concl. 86. num. 29. Menoch. d. lib. 4. presumpt. 21. num. 5. & presumpt. 62. num. 7. cum seqq. rectè inferentes, quod licet deficiente similitudine rationis indefinita universali non æquipolleat, comprehendat tamen eos tantum casus, quibus ratio convenit. Cardinalis Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 4. n. 12. Surdus consil. 430. num. 22. Sebastianus Medices d. reg. 2. n. 7. & 12.

Limita secundò, in materia odiosa, vel poenali, in qua indefinitam non æquipollere universali, resolvunt [Jafon. in l. 2. num. 18. ff. de liber. & posthum. ibique Alex. num. 5.] Bartol. in d. l. si plures. n. 6. in fin. vers. si verò cadit. Cardin. Tusch. d. conclus. 86. num. 28. Francisc. Molin. d. lib. 3. quest. 85. num. 59. Sebastian. Medices d. reg. 2. n. 16. Menoch. consil. 97. num. 155. Surdus consil. 430. num. 21. & consil. 431. num. 70. Stephanus Gratianus cap. 650. num. 10. tom. 4. Sed rectè Covarr. d. cap. 13. num. 10. vers. 12. docet, quod si de mente constet, sive favorabilis sit materia, sive odiosa, semper indefinita universalis habet significationem, si mens defi-

deficit, neque etiam in favorabilibus id operabitur; Bartolus verò hanc communem distinctionem rectè procedere ait in casu dubio, quando scilicet de mente expresse non constat, tunc enim ex rationis paritate in favorabilibus possumus mentem conjecturare, in odiosis non ita, ut patet ex iis, quæ circa exheredationem filii, & institutionem posthumi supra notavimus, & ipse Covarr. fatetur.

Limita tertio in materia contingente, l. 42. §. ult. de noxal. act. ut enim habet canon Logicus: Propositio indefinita in materia contingenti habenda est pro particulari, Aristot. *περί ἐπυμνίας* cap. 8. C. J. A. de procurat. t. 7. ubi exemplum: Sic propositio illa: Qui vim facit, dolo malo facit. l. 2. §. 8. de vi bon. rapt. Limitanda est, ut intelligatur de ea, quæ incidit in edictum de vi bonorum raptorum: Esse enim vim aliquam sine dolo, & extra eam, qua quis in edictum istud incidit, manifestum fit ex §. ita tamen. Instit. de vi bonor. rapt. l. 3. §. 2. Ne quis eum, qui in jus voc. Locam. fasc. 5. evoc. r. 8.]

Limita quarto in probationibus, in quibus indefinita vim universalis non habet, quia scilicet id postulat ratio materiae subjectæ, in qua regula certissima est, quod probationes debent esse concludentes, l. neque natales 10. C. de probationib. cap. in presentia eod. tit. Unde cum indefinita ex sui proprietate universalis significationem non habeat, sed ex benigna interpretatione, atque ita ex conjectura voluntatis, minimè in materia probationum debet sufficere, ut docuit Innocentius in cap. auditis. de pre-script. quem sequuntur Felinus num. 24. & Paris. num. 16. & alii communiter ibi teste Covarruv. d. cap. 13. num. 10. idem etiam tenent Andr. ab Exea in cap. cum omnes. num. 3. & ibi Anton. de Burgol. num. 323. de constit. Alexand. consil. 110. n. 2. vers. & expressius lib. 1. & consil. 68. Et visio. num. 8. & consil. 108. In causa. num. 13. vers. praterea lib. 2. & consil. 112. In causa dominorum. num. 4. lib. 7. Menoch. d. cap. 30. n. 27. Rebuff. de reprob. testium, n. 110. Brunor. à Sole d. verb. indefinita. n. 1. Mascard. de probationib. concl. 119. à numer. 19. & conclus. 1205. num. 20. Surdus decis. 263. num. 10. Rendin. in promptuar. recept. sent. tom. 1. tit. 82. num. 2. Morl. in Emporio Juris Civilis, tit. 1. in pralud. n. 55. Cardinal. Tusch. d. conclus. 86. num. 31. & 39. Rot. decis. 509. num. 5. apud Farinac.

p. 1. recent. Cardin. Seraphin. decis. 490. n. 1. ubi decis. 544. n. 1. disputat, an indefinita æquipolleat universali in confessione, Sebastian. Medices d. reg. 2. n. 13. Steph. Gratian. d. cap. 650. n. 6. cum seqq. [Quid in testibus & instrumentis dicendum sit, vid. Jason. in l. non hoc. num. 14. C. unde cognat. Marfil. sing. 171. Villalob. in commun. opin. lit. L. n. 23. Monticell. in repet. test. pag. 431. col. 2. vers. pen. Jos. de Grassi. decis. 82. n. 13. Pacian. 1. de probat. cap. 35. num. 20.]

[Limita quintò, quando de præjudicio tertii ageretur, vel de privando quem jure suo. Grat. consil. 16. n. 12. & consil. 122. n. 17. lib. 1. Crot. consil. 97. n. 26. Olasch. decis. Pedem. 195.]

CAP. LV. De Indemnitate.

Indemnitas promissio in maleficiis locum non habet, Bartol. in l. si a reo 20. §. ultim. per illum textum de fidejuss. Glocken. de collectio. cap. 17. n. 283.

CAP. LVI. De Indiciis.

Axioma I.

Indicium unum alio contrario fortiore tollitur. Alexand. consil. 77. In causa circa fin. vol. 1. Angel. in l. injuriarum. §. si quis de honore. de injur. Baldus consil. 302. vers. inter. circa fin. vol. 2. Fulgosi. consil. 173. In causa. Hippolit. in pract. crim. §. diligenter. num. 194. & seq. Blanc. in pract. crim. §. datis. de defensionibus. Mascardus de probat. concl. 225. num. 15. concl. 882. n. 15. Et plura vincunt pauciora, Masc. de probat. conclus. ult. n. 15. & verisimiliora semper sunt præferenda, Burlat. consil. 153. n. 45. Farin. 1. consil. 40. num. 71.

II.

Quodcumque iudex naturali ratione assequi nequit, illud admittere non debet.

Ratio: quia iudicis tantum est judicare secundum prudentiam, quæ in hominem cadit. Hinc non debet admittere, nisi indicia indubitata & luce clariora l. fin. C. de probat. Cætera divino relinquet iudicio.

Exemplum: ut ut ergo ex tactu cadaveris occisi sanguis fuerit emissus, ex hoc tamen solò non probabitur homicidium, sicut nec sufficiens erit ad torturam indicium, Carpz. Prax. Crim. q. 122. num. 30.

Declar. nisi alia concurrant probabilia adminicula, sic enim tortura dictari posset, vid. Strype. Tract. de Jure sens. diff. 7. c. 3. n. 14.

III.

Indicium ad torturam debet esse sufficiens, reibliche Anzeige / Aergwohn / Verdacht /
Gg 4 Ver

Bermuthung. Confit. Crim. art. 19. Wehn. obs. pract. verb. Anzeigung.

IV.

Indicia purgantur per probationem bonæ vitæ. *Bartol. in L. 2. §. pen. ff. de re milit.*

V.

Indicia duo levia faciunt unum indicium grave. *Farin. 1. consil. crim. 5. n. 103. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & torment. num. 29. adeo ut sufficiat ad torturam, ne dum ad transmittendam inquisitionem, quia ad torquendum si non profunt singula, multa juvant. Grammat. decis. 34. num. 35. Cephal. consil. crim. 32. n. 16. Gigas de crim. l. 1. Majestat. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. l. 1. Majestat. probatur. quest. 25. in fin. Hinc indicia plura dubitata facere unum indicium indubitatum ad condemnandum sufficiens, confirmant Bald. in l. fin. num. 2. vers. sed quando. & vers. item ponit. & num. 3. vers. patet igitur. ibi. que etiam Alberic. num. 2. C. de probat. Brun. de indic. & tortura. part. 1. quest. 10. num. 3. vers. quandoque tamen. Justin. Bonderan. consil. crim. divers. 54. n. 30.*

Declaro, procedere I. quando plura indicia, ex quibus generari debet, unum sint graviora & valde proxima, non verò levia vel remota. *Brun. de Indic. part. 1. quest. 4. num. 3. vers. quod intellige.*

II. Quoad poenam pecuniariam, non verò corporalem. *Gandin. in tit. de presump. & indic. indubit. n. 2. Farinac. 1. consil. 10. n. 17. & in addit. ejus Cent. lit. F. Bonderan. d. cons. crimin. divers. 54. num. 32. lib. 2. Unde indicium unicum remotum non sufficere, ut tortura locum habeat, ajunt Bartol. in l. fin. n. 6. & ibi Blanc. ff. de quest. Bossius in tit. de indic. n. 71. Joh. de Amic. consil. 127. n. 26. & consil. 131. num. 6. sed ut sufficiens sit, debet esse legitimum & legibus probatum, nec merè ex arbitrio & opinione privata judicis dependere, ut patet ex Confit. crim. Imp. art. 20. Paris. consil. 151. n. 14. p. 5. Cach. decis. 19. n. 56. Hippol. de Marfil. consil. 15. lib. 1. Regn. Sixt. 2. Consil. Marp. 16. n. 110.*

VI.

Indicia cessant cessante causa delicti. *Farinac. 1. consil. crim. 56. n. 13. ratio, quia presumitur sine causa delinquere. Bart. inter consil. crim. divers. consil. 8. num. 8. Foller. inter eadem consilia 138. n. 13. & in pract. crimin. in verb. idem quod sororem venenavit. post num. 19. Grammat. consil. 42. num. 10. in fin. Calon. de indic. & tortur. tract. 1. cap. 9. n. 2. Farinac. in tit. de indic. & tortur. q. 52. n. 150. lib. 2.*

VII.

Ex indic. violentis nemo potest condemnari. *Grandin. tract. de Malefic. tit. de presump. col. 2. Cephal. consil. 241. n. 73. Boër. decis. 146. n. 6. huc faciunt cap. literas 14. in fin. de presump. l. fin. C. de probat. l. absentem §. ff. de panis. cap. quia verisimile. de presump. Mascard. 3. de prob. concl. 1222. Declaro scilicet in criminalibus, quia regula est, quod solis presumptionibus nullus condemnatur. Johan. de Anan. consil. 17. num. 3. videlicet poenā ordinariā, indicia autem sunt.*

presumptiones, & iisdem æquipollent. *Alexand. consil. 124. num. 7. l. 6. seu adminicula, quæ de se non probant. Mascard. de probat. concl. 55. Boëckel. de public. judic. disquisit. 2. num. 5. vide plura infr. lit. P. cap. Presumptio. Unde indicia etiam indubitata per torturam reiteratam deum purgari, dixit Alberic. in l. editum. n. 2. ff. de quest. & in rubr. C. eod. num. 9. quod tortus persistens puram veritatem dixisse presumitur. Capoll. consil. 32. col. 1. vers. hoc potest dici. Boër. decis. 163. num. 15. Grammat. decis. 8. num. 9. & decis. 96. n. 2. Boss. in tit. de confess. num. 28. & in tit. de confession. per tort. n. 26. Natt. consil. 202. n. 9. Hippolit. consil. 64. n. 2. Laurent. ab Occa. consil. 60. n. 31. Farin. 1. consil. 25. n. 45.*

IIX.

Indicia certa, quæ jure non respuuntur, non minorem probationis fidem quam instrumenta continent. *l. indicia 19. Cod. de rei vind. Angel. in singular. verb. indicium. n. 3.*

CAP. LVII.

De Indifferentibus, Identitate, uno, separatis.

Eadem questio est, cum vel res eadem iterum petitur, vel eadem est causa petendi, *l. 7. & l. 11. §. 4. de Except. rei judic. ubi Wesemb. in parit. num. 3. Hæc regula non caret difficultate: quid enim si mutatis personis eadem movetur actio, aliudne an idem est judicium? Idem certè esse, vult Pac. in Anal. Cod. de Ed. num. 3. contra verò aliud esse disputat Cujacius ad l. 75. de judic. ibi: Judicium aliud est si mutetur. per l. 64. §. 1. de jud. Declarationis causa res facile distinctione compescitur, aliud est totum integrale, aliud essentialia; illud mutatur mutatis partibus, hoc non mutatur. *argum. l. 76. de jud. Adde l. 30. de usucap.**

CAP. LVIII.

De Indigenis.

Indigenæ in officiis præferendi sunt peregrinis, *l. 11. C. de Episc. & Cler. quod intellige procedere, quando scilicet habiles sunt ad munera suscipienda. l. ut gradatim. §. 1. de mun. & bon. l. 1. §. pen. Quod cujusque universit. nomine: hinc cum Germania nunquam egena fuerit magnorum ingeniorum, factum, ut Carolo V. inter ceteras condiciones, sub quibus ipsi Imperium delatum, etiam hæc fuerit: ut negotiis publicis præficiat non exteris, verum Germanos ex nobilitate delectos: item quod Senatui in Imperio debeat constituere ex Germanis delectum, teste Sleidano lib. 1. Comment. ratio, quia insita patriæ charitas haud facile indigenam ad malum deviare sinet. Verum huic regulæ & Germanis moribus vehementer repugnare videtur, *l. 4. ff. de Adfessorib. Ex quo lege manifestum fit, neminem in sua patria debere assessoratus vice fungi. Verum sciendum est, agi ibi de Assessoribus præsidum, quorum officium consistebat in cogni-**

cognitionibus casarum postulationumque, item decretis edictisque iudicum concipiendis: hinc ne igitur amicitia aut consanguinitate iudicia corrumpantur, ne quis in patria assideret, constitutum est, quæ specialis in assessoratu ratio mutata jam Reipublicæ forma generaliter vim suam exercere nequit. vid. *Schifordegher lib. 3. tract. 30. q. 2. 3. 4. seqq.* ubi probat valere privilegium & consuetudinem à Principe confirmatam, ut alicubi non nisi indigenæ ad Episcopatum promoveantur, sed Jure Romano multa officia iis, qui in illo loco nati erant vel larem tenebant, dari sub penâ prohibebantur l. 3. C. de divers. offic. ibig. Perez. n. 11. imò sacrilegium committit, qui hoc loco officium petit l. fin. C. de Sacrileg. nisi princeps speciali beneficio in suâ provinciâ assidere concedat. l. 38. pr. ex quib. caus. maj. Brunnem. C. de divers. offic. col. 3.

CAP. LIX. De Indigno.

Axioma I.

Qui indignus est ordine inferiore, multo minus superiorem merebitur. l. 4. ff. de Senat. l. non debet. 21. de Reg. jur. Concennat. quest. jur. singul. q. 3. n. 8.

II.

Indignus est beneficio dispositionis, qui diametraliter contra dispositionem peccat, eamque contemnit. l. auxilium 37. §. ult. ff. de minor. gl. in l. fin. §. fin. verò postquam. C. de jure delib. Gail. 2. obs. 138. n. 2. Indignus enim judicatur, qui deliquit, dict. l. auxilium. adeo ut si ex dolo conventus aliquid præstiterit, à ceteris tamen doli participibus nihil possit recuperare. l. i. §. 14. ff. de tutel. & m. distab. unde & ingratus ob ingratitudinem se beneficio indignum reddere dicitur. tit. de ingratis. lib. l. liberi. l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. l. ult. Cod. de revocat. donat.

III.

Qui indignum scienter eligit in beneficiis ecclesiasticis, pro eâ vice amittit facultatem eligendi, devolviturque ad eum, qui proximè præfesse dignoscitur cap. 25. seqq. X. de Elect. In officiis secularibus autem talis punitur, quod damnum illarum Reipublicæ pensare teneatur. Perez. Cod. de potior. ad muner. n. 6. Brunnem. Cod. eod. in fin.

IV.

Unusquisque debet agnoscere suam conditionem, nec aspirare ad dignitatem quâ est indignus, vid. Perez. C. de Pistorib. n. 3. - 6.

V.

Qui semel beneficio indignus est judicatus, postea illud impetrare non potest. Brunnem. C. de remilit. col. 5.

VI.

Ab indigno ablatum siccum sequitur, l. 8. §. meminisse i. ff. de inoffic. test. Eccles. cap. 7. Harm. §. 5. n. 7. quod toties habere locum ait Costal. in advers. p. 2. d. l. 8. §. meminisse. quoties aliqua

culpa in eo, à quo aufertur, argui potest; tunc enim capere potest hereditatem, sed ob delictum vel culpam retinere non potest. Hic ergo siccio permittitur delicti vindicta. Exempla præbet tot. tit. ff. de his, quib. ut indign. Si verò nulla illius culpa detegitur, siccio non applicabitur, sed heredi competet. l. 4. C. de hered. institut. Bart. post gloss. iidem si indignitas favorem alicujus respiceret, illi applicatur commissum, non siccio. l. penult. de Legatis.

CAP. LX. Indirectè.

Per indirectum non est concedendum, quod directio est prohibitum. cap. cum qua una. de Reg. jur. in bio. Hartm. & Dd. in l. Scjus & Agrias 27. ad Legem Falcid. Gail. 2. observ. 145. num. 6. ubi exemplum. l. contra Leges. de LL. Gilcken ad l. quisquis 16. C. si cert. per. num. 2. Barbat. conf. 45. in fin. vol. 2. Fulv. Pacian. 1. consil. 164. num. 4. Hoc scilicet ita regulariter verum, sapius tamen fallit: indirectè enim aliquando, oblique & in consequentiam aliqua licent, & consequimur, quæ directè & per nos non obtineremus. l. 82. §. 2. in fin. de legat. 2. ita ex persona alterius aliquando quis consequitur, quod per se non posset. l. si emancipati. in gloss. 1. per Bart. & Dd. qui regulam hanc i. s. similibus & exemplis illustrant. C. de collat. Reiger. in voce factum. n. 29. ita facere quis aliquando per alium potest, quod non potest per se. Gloss. & Doctores in l. ultim. verb. accommodaverit. Cod. de pactis. Reiger. dict. loc. num. 31.

CAP. LXI. Indistinctè.

Quæ indistinctè proferuntur, generaliter & sine distinctione sunt exaudienda. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de Leg. prest. l. 1. §. ait ergo 2. ff. quæ in fraud. cred. l. Julianus 60. ff. de Legat. 2. Vultej. 3. consil. 17. num. 29.

CAP. LXII. De Individuo & indivisibili.

Axioma I.

Individa ea esse dicuntur, quæ si separentur, commodum & utilitatem tantam non afferrent, quantam afferunt conjuncta. l. quod autem 11. §. fin. & l. seq. ff. de in diem addict. l. cum ejusdem 34. §. interdum 1. ff. de adilit. edict. l. si quis aliam 46. ff. de solut. Bart. in l. si non forem. §. si centum. ff. de cond. indeb. Hinc ea, quæ sunt individa & communia pluribus, & illis in solidum, tamen si cuique pro sua parte indivisa competere certum est. l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Johann. Anton. Lanar. consil. 59. num. 31. Unde & jure constitutum, ut quæ sunt individa com-

munia, & pluribus in solidum competentia, unum per se, quantum ad jus seu substantiam attinet, judicari sive intelligi sine altero non possit, *l. si ita scriptum* 13. §. *regula* 1. ff. *de liber. & posthum.* Bald. in *l. quidem* n. 18. *vers. & confirmatus*. C. *de jure delib.* idem in *repet.* l. *edita* num. 94. C. *de edendo*. ubi infert, quod libellus intelligatur esse unus, etiam si ob res plures & diversas agatur, quoties eadem actione, aut ex facto eodem omnes petuntur, quod idem refert & sequitur Socin. *consil.* 26. n. 1. & *seq. vol.* 4. Ex hac obligationis individuitate inde etiam sequitur, quod unius exactionis condemnatio non possit non trahi ad alterum. *cap. si quis objecerit* 7. *cap. si quis prabendis* 15. t. q. 3. Jaf. in *l. 2. C. de jud.* imò etiam ea, quæ insequuntur, regulariter ex eadem individuitatis natura, ut plene persequitur Cravert. in *repet.* l. 1. *limit.* 20. ff. *de Leg. 1.* Sic transactio super re una interposita ad alia connexa trahitur, tametsi horum nulla prorsus facta sit mentio. Gloss. in *cap. accusans de heretic.* in 6. Castr. in *l. si de certa*. C. *de transact.* Crot. in *l. 4. §. Cato* n. 124. *vers. tertio facit*. ff. *de verb. oblig.* eademque ratione, quæ cum tutore uno facta est transactio, ad aliorum utilitatem in individuis trahitur, Jaf. in *l. 1. notab.* 2. C. *de transact.* & similiter appellatio unius alius etiam condemnatis in individuis sive rebus communibus prodest, cum pro omnibus eadem defensionis causa sit. *cap. pen. de appellat.* l. *omnibus*. ibiq. Jaf. *notab.* 3. C. *de his, quib. ut indign.* vid. Vult. 3. *Consil. Marpurg.* 3. n. 35.

II.

Indivisa & connexa unum & idem esse existimantur. *l. quod conclave*. ff. *de damn. infect.* Pacian. 1. *consil.* 139.

III.

Indivisibile semel factum divisibile, postea indivisibile divisibile manet, quod in terminis feudi Regalis respondit Socinus *consil.* 68. *vol.* 1. & *consil.* 165. n. 18. *vol.* 2. Schrad. *de feud.* p. 8. *cap.* 8. n. 41. *vers. 12.* Vult. d. *consil.* n. 246.

IV.

Eorum, quæ per se sunt individua, ut jurisdictio, &c. administratio tamen dividi potest, adeo ut vel alternatim, vel per Vicarium socii ea expediant. Perez. C. *de Tabular.* n. 7.

V.

Ubi negotium est tale, ut ex parte expediri non possit, socius invito socio, si utiliter agit, re communi uti potest. Hinc si duo sint domini navis & unus congruo tempore vult navem in mare mittere, alter in portu detinere, præferendus & is, qui re communi uti vult. *l. 25. §. 15. fam. exc.* Perez. C. *de Navicul.* n. 39.

VI.

Si pluribus munus individuum committatur, singuli in solidum obligantur, vid. Perez. & Brunnem. t. 1. C. *quò quisque ordin. conven.*

CAP. LXIII.

De Indulgentia.

Axioma I.

Quæ per Indulgentiam fiunt, juris vigorem

non obtinent, nec præjudicium possunt creare. *l. 1. de Constit. Princ.* Arnif. 2. *relect. polit. cap.* 6. *sect.* 3. n. 6. vide plura de hac re *infr. in fin. lib.* 14. *cap. de privilegiis.*

II.

Indulgentis crimina sublevanda à Principe, non sunt *l. 6. Cod. de cohortal. & Princip.* hinc & maxime privilegiati immunitatem à Principe habere non debent. Brunnem. C. *eod.* col. 4.

CAP. LXIV.

De Industrio.

Industrius semper præsumitur ditari & locupletior fieri quotidie. Cornel. *consil.* 199. *ad evidentiam lit. q. vers. nec obstat.* *vol.* 1. Bald. Sali. *et. in l. si defunctus*. C. *arbitr. tutel.* Pacian. 1. *consil.* 117. n. 5.

CAP. LXV.

De Inepto, Ridiculo.

In omni dispositione sensus ineptus & ridiculus vitandus *l. 86. de hered. Inst.* l. 100. *de Condit. & demonstrat.* ubi vid. Cujac.

CAP. LXVI.

De Infamia & Infami

vid. Levis notæ macula.

Axioma I.

Cujus nullum est turpe factum, illius nulla vera est infamia. Quia infamiae causa sunt turpia, facta *arg. l. 1. §. 5. ff. de Extremord. cognit.* quibus cessantibus ipse quoque effectus cessabit. Ergo carifices, filii eorum, item spurii non erunt vere infames. Laborant tamen levis notæ maculâ, de quâ suo loco.

II.

Quoties quis ex facto culposo damnatur, toties cessat infamia. *arg. §. 6. Instit. de suspect. Tutor.* Odiosa enim, quibus infamia accensetur, potius sunt restringenda *cap. odi.* 15. *De R. 7. in sexto.*

Exemplum est in *l. 8. ff. de his, qui notantur infamia*. ubi ille non fit infamis, qui ex ignorantia peccat, quæ tamen lata culpa est. Ita ex *l. Aquilia* condemnatus non fit infamis.

Declara: nisi fuerit culpa lata versutiae vel factum culposum à Lege specialiter notatum.

III.

Quoties quis ex delicto doloso condemnatur, toties fit infamis, quia dolus est mater infamiae & causa impulsiva, ob quam infamia irrogatur. Ita ergo propter calumniam *l. 4. §. 4. & 5. ff. de his, qui not. infam.* item ob furtum, rapinam, &c. condemnatus fit infamis.

Limita: modò in sententiâ expressum fuerit, quòd quis ob dolum sit condemnatus, alioquin reo integra manebit existimatio *l. 4. §. 1. & 2. ff. de suspect. tutor.*

IV.

Quoties factum turpe notorium non est, sed ullam excusationem admittit, toties illud per-

pettans non ipso jure, sed per sententiam fit infamis.

Ratio: quia non sufficit turpe aliquid factum esse, sed animus quoque inspicendus, quod id factum, ne alioquin is, qui citra intentionem deliquit, æqualiter puniatur cum eo, qui peccat ex proposito. Ita ergo furta, homicidia & alia pleraque delicta, cum aliquatenus possint excusari, non ipso jure infamant, sed per sententiam. Baccov. ad Wesembec. T. 8. de his, qui not. inf. num. 6.

Limita: modò quis suo nomine per sententiam fuerit condemnatus, secus si alieno. l. 6. §. 2. ff. de his, qui not. infam.

V.

Quoties quis ex contractu condemnatur, toties non fit infamis, etiam si ob dolum condemnatur, quia in contractibus principaliter non agitur de poenâ doli, sed de restituendâ re, ad quam alter ante Contractum se obligavit. Quamvis ergo doli in venditione admissus, venditor tamen ea propter non fit infamis, sicut nec locator & conductor.

Limita: modò non in contractu de singulari fide ruptâ, ad quam alter contrahentium ab initio respexit, agatur, ut fit in societate, mandato, deposito & tutelâ. Hoc tamen casu (1.) quis directo judicio debet esse condemnatus. (2.) mentio doli in sententiâ exprimi.

VI.

Quando poena à lege statuta imponitur delinquenti ob crimen famosum, licet ea sit temporalis, infamia tamen est perpetua & durat etiam finito tempore poenæ; non enim tempus poenæ, sed causâ ejusdem infamat l. 5. de Decur. l. 6. C. quib. ex caus. infam. irrog. Si autem quis non ex crimine famoso ad tempus relegatus vel ordine motus est, e.g. advocatus falsum Instrumentum recitans, l. 13. §. 1. ff. de falsis. completo tempore honore & pristino officio fungi adque novum aspirare potest, hoc casu tamen tanto tempore ab eo abstinere debet, quanto per Exilium abfuit l. 12. C. de his, qui in Exil. dati. Perez. eod. n. 5. 6.

VII.

Infamia est vel perpetua, quæ descendit ex crimine per se famoso, vel temporalis, quando Judex infamiam irrogat ex delicto extraordinario, & tunc finitâ poenâ finitur infamia. Brunnem. ad l. 1. C. de his, qui in Exil. l. 8. ff. de postuland.

VIII.

Infami dignitatis portæ non patent. cap. infamibus. 87. de R. I. in 6. l. 38. C. de decur. l. cum Prætor. 12. §. non autem 2. ff. de judic. l. 2. C. de dignit. Carpz. decis. 17. num. 7. Ubi exemplificat in materia de postulando (scil. pro alio) gloss. d. l. 2. assidendo l. liberti. 2. de offic. assessor. judicando d. l. cum Prætor. 12. l. Cassius 2. ff. de Senat. gloss. in c. cum deputat. 16. de judic. l. judices 12. C. de dignit. procurando l. reum. 6. C. de procur. cap. infames. caus. 3. q. 7. gloss. in d. c. cum deputati. 16. in verbo rationis. Alvis. de Albert. sing. 47. militando l. 3. C. de re milit. l. 2. §. ignominia ff. de his, qui not. infam. vel si pro Principe & supremis tribunalibus agere vellet, Roman.

sing. 814. per l. nemo Præfectus. §. C. de dignitat. arg. l. sed & milites §. §. 9. ff. de Excus. tur. Co-var. pract. quest. c. 19. concl. 1.

Amplia primo, hoc non tantum locum habere in juris, sed etiam facti infamia d. l. 2. C. de dignit. hoc est ea, quæ licet revera infamem non faciant, opinionem tamen alicujus apud bonos gravat. verecundiamque onerat l. 13. l. 17. Cod. ex quibus caus. infam. add. Roman. consil. 297. in casu isto post med. vers. quoad secundum, ubi Apostill. in verb. incurreret. Unde non tam infamem infamia juris ex Bart. in l. cunctos populos. Cod. de Summ. Trinit. per l. sciant cuncti 25. C. de probat. cap. testimonium. cap. licet ex quadam de testib. cap. præterea de test. cog. quam infamia facti à testimonio dicendo post Bart. in d. l. cunctos n. 12. Jaf. ibid. in lectura. i. n. 70. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. num. 13. quest. 24. repellit Honthem. lib. 1. de art. Notar. cap. 35. num. 6. quod de Jure Canonico admittit Ulmiius disp. 16. ad process. judic. thes. 1. num. 11. in terminis vero juris civilis hoc vix sustineri posse, propterea quod certi demum infames illo jure à testimonii dictione arteantur, concludit.

Amplia secundo, quod procedat non solum, ut repellatur quis à dignitate obtinenda, sed & obtenta l. 8. C. de decur. Castren. consil. 180. super eo, quod n. 3. lib. 1.

Limitationis tamen declaratur hoc axioma, quod id tum demum procedat, quando fuisset lata sententia privativa, vel in casu privationis ipso jure lata declaratoria, Zabarell. consil. 129. Excipe I. nisi infamis infamia facti innocentiam suam purgaverit. c. accusatum de simonia. II. si annus lapsus, postquam accusatus, denunciatus aut inquisitus fuit, causâ tamen citra accusati culpam remanente indecisa. d. l. reus delatus. 7. ff. de muner. & honor. quam refert. & sequitur gloss. in c. omnipotens de accusat. III. si delectus personarum non esset l. 3. & 6. l. eos 12. ff. de decur. tunc enim in subsidium infames infamia facti bene admitti possunt.

IX.

Infamare nocentem jure est permittum l. cum qui 18. in pr. ff. de injur. intelligendum esse de eo, qui aliquem de vero, sed obscuro adhuc crimine poenâ & vindictâ publicâ digno infamat, ut scil. flagitium ejus dispalescat & publicè à Magistratu coercatur per text. in l. un. vers. sane quis C. de famos. libell. l. 3. C. de offic. Rector. Province. post Gail. lib. 2. obs. 99. Myns. cent. 4. obs. 4. Fachin. lib. 9. contr. jur. cap. 10. Matth. Coler. de process. Executiv. p. 1. c. 8. n. 79. Cujac. in lib. 55. Pauli ad edit. pag. 78. & Donell. lib. 15. comment. c. 24. pag. 448. Bronchorst. cent. 4. eventus Quæst. 14. fert. 77. declarat Bocer. de Investit. feud. cap. 5. num. 97.

X.

Infamix poena gravis est. Clar. §. fin. quest. 72. in pr. & comparatur periculo mortis l. 9. de manumiss. Vindict. l. 5. ibique gloss. ff. de var. & extraord. cognit. Alex. consil. 133. n. 8. lib. 6. Hartm. Pistor. 1. q. 30. n. 28. Ideoque crudelis dicitur, qui famam suam negligit, & qui in jure infamatus non venit ad se purgandum, fateri videtur deli.

delictum, super quo infamatus, & recte condemnari potest. Panorm. in c. veritatis 27. cum seq. de dol. & contum. vid. tamen distinctionem elegantem apud Gail. 2. de P. P. c. 7. v. 22.

XI.

Infamis in uno loco dicitur infamatus ubique c. postulasti. de for. competer. Feder. de Sen. citat. apud Tusch. pract. concl. lit. I. concl. 110.

XII.

Infamia neminem sequitur ob defensionem negotia publica patriæ suæ l. 9. ff. de his, qui not. infam.

XIII.

Lege non convictio alicujus infamia quis notatur l. 1. & tot. tit. ff. de his, qui not. infam. nullius enim honor aut dignitas denigrari potest injuria sive contumelia alterius, qua premittitur l. unic. C. de famos. libell. Donell. lib. 15. comment. cap. 38. pag. 504. vers. nihil agit voluntas, etiamsi convictum illud contemnatur pr. Instit. de Injur. & l. 1. in pr. ff. eod. Bocer. de investitur. feud. cap. 5. v. 97.

XIV.

Infamiae nomen non retinet, qui malæ fuit famæ, si nunc est bonæ. Bald. in l. 1. in fin. Cod. locat.

XV.

Cessante infamia cessat effectus ejus l. reus. 7. ff. de muner. & honor. fac. l. qui ex libertate 26. ff. de liberal. caus. Ludov. Gomez. in §. rursus de Action. n. 25.

XVI.

Infamiae quando fit mentio, indubio de infamia juris intelligi debet. Panorm. in c. super his 8. n. 2. de pen. per cap. cum dilectus 2. de ordin. cognit. vid. Honthem. lib. 1. de art. Notar. c. 35. n. 5. Infamia facti verò per ignominiam denotatur, Si tamen princeps militem dimittens exprimit, se ignominiae causam eum dimittere, jure infamis fit. l. 2. §. 2. de his, qui not. infam. Perez C. de his, qui non implet. stipend. n. 8. g.

XVII.

Infamatus amplius infamari non potest l. 2. C. ut inrr. certum temp. Speculat. in tit. de accus. §. 6. n. 33. nec libellus famosus dici potest, quandoque infamari non potest l. un. C. de famos. libell. c. qui in alterius famam, 1. §. q. 1. Farin. consil. crim. 30. n. 135.

CAP. LXVII.

De Infante. Infantiae proximo.

Axioma I.

Infantem excusat innocentia consilii l. infans 12. ff. ad L. Cornel. de sicar. facit quia talis ætas, quicquid videt, ignorat. l. 1. C. de fals. monet. vid. quæ not. in l. quod infans 66. ff. de rei vind. & l. sed etsi 5. §. pen. ff. ad L. Aquil. Unde nihil etiam scire præsumitur, nec præscriptiones adversus eum currunt. l. 1. & tot. tit. C. de bon. poss. furios.

infant. ubi Weseembec. in panorm. Ita leges civiles crudele esse dicunt, ut infantes omnis tum culpæ tum doli incapaces peccasse intelligantur l. si quis testamenti 33. §. Leges 1. C. de inoffic. testam. Hartm. Pistor. 1. quest. 32. n. 29. Sic infans, qui fari non potest, non multum à furioso distat, neque ullum habere intellectum ex §. furiosus. Inst. de inur. stipul. colligit Phil. Math. in l. 5. de R. I. n. 5. quare nec infantis ullus esse ususfructus dicitur, usque dum infantiam excesserit l. 1. 2. §. 5. l. 68. in pr. ff. de usufr. l. 41. §. 4. de legat. 1. hoc tamen intellige, quod licet ex infante nulla percipiatur utilitas, & ita factum utendi fruendi non sequatur, jus tamen utendi fruendi eo homine, qui jam infans est, constitui & retineri possit dd. ll. hinc si ususfructus infantis ita constitueretur, ut intra infantiam tantum sit, & finita infantia finiat, tum revera ususfructus nullus erit C. I. A. lib. 7. tit. 1. lb. 21. quo fit, quod nec infantes donare possint, cum intellectu & πρὸς ὁποιονδήποτε destituantur. Et licet aliqui fari possint, non tamen intelligunt quibus, quando, & quantum dare oporteat, & ubi honestum sit, aliosque modos, qui donationem rectam consequuntur, non attendunt, quæ omnia tamen ab homine liberali exigit. Aristot. 4. Eth. Nicom. c. 2. Ita etiam nec infanti hereditas proprie acquiri dicitur tutore autore, sed per tutorem: siquidem tutor nullo infantis actu interveniente, solus omne additionis istius negotium expedit, per ea, quæ not. Cujac. l. obf. 34. & Phil. Math. in l. 5. ff. de R. I. licet jure singulari ex causa peculiari per servum possessionem acquirere dicatur l. 1. §. item. l. 32. in fin. ff. de acquir. poss. Infantis enim servus peculium retinet, quod à patre ejus non est prohibitum. arg. l. 3. §. item. ff. de pecul. Hegenit. lib. 1. de possess. c. 3. n. 36.

II.

Infantes qui exponunt in locum solitarium, ubi pereant inedia, tenentur homicidii, Nov. 153. Secus si in vias publicas misericordiae ergo exponant, tum enim extraordinarie puniendi. Weseembec. in π. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 14. & infanti exposito succedit, qui illum alit, in defectu librorum. Moller. 4. Semestr. 45. n. 7.

III.

Infans cum nullum omnino intellectum habere censetur, nec cum tutoris quidem autoritate quicquam gerere potest, quia nulla pupilli voluntas, nulla actio, cui tutoris autoritas accedat, sed tutor nomine infantis contrahere debet. Ziegl. Jus Canon. p. 688. Sam. Struyck. de Cautel. Contract. p. 12. §. 13.

IV.

Infantiae proximus stipulari & promittere & hereditatem adire, omniaque tutore autore non minus rectè agit, quam qui proximus est pubertati. Item Sponsalia contrahere & sine autoritate tutoris incipere possidere potest. Ziegl. d. l.

CAP. LXIIX.

De Inferiori.

Axioma I.

Inferior non potest permittere, quod superior pro-

prohibet. c. cum inferior. 16. de major. & obed. l. nam magistratus. 4. de arbit. c. 1. 2. dist. 10. Bart. Bald. Alber. Castr. Jason. & Dd. in l. cum istos populos C. de Summ. Trinitat. Bald. in Auth. adbec. col. 2. C. de Usur. & l. 2. quest. 4. eod. tit. Roland. à Vall. consil. 96. n. 49. vol. 2. Cephal. consil. 549. Laurent. Tennin. in pr. Cautel. cautel. 94. num. 31. ratio, quia inferior locus servit superiori l. in summa 2. in princ. de aqu. plu. arc.

II.

Inferiore qui gradu indignus, multo minus superiore, vide supr. cap. Indignus.

III.

INFERIOR non potest tollere legem superioris, l. formam 2. Cod. de officio præfetti prætor. cap. cum inferior, de majorit. & obed. Clem. ne Romani, de elect. [c. inferior. 4. dist. 21. Melander in process. Cam. Nicol. Meurers. part. 1. c. 7. num. 54. fol. 137. inf. Vant. de nullitat. sent. tit. ex defect. processus. 13. num. 12.] gloss. verb. figura in cap. fin. de heretic. lib. 6. gloss. verb. mandamus, in Clem. sepe, de verb. signific. Thomas de Thomasset. in floribus legum, reg. 147. ubi intelligit, nisi major subiceret se jurisdictioni minoris, & ab eo judicari vellet, Bart. in l. omnes populi, colum. 4. vers. sed hic dubitatur. ff. de Justit. & Jure. Brunor. à Sole in locis communib. verb. inferior. 4. Azeved. l. 2. n. 56. tit. 14. lib. 4. nov. Recopil. Menoch. quest. illustr. cap. 35. n. 10. cum seqq. Surd. consil. 58. num. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 45. §. 1. num. 69. Cardos. in praxi Judicum & Advocator. verb. lex. num. 9. Carolus de Grassis de except. except. 1. n. 5. Gutier. alleg. 1. num. 26. Joh. Mar. Novar. quest. forens. lib. 1. quest. 56. num. 11. Mangil. de imputat. quest. 51. num. 7. Non licet enim inferiori contra factum superioris dispensando venire, l. pen. §. pen. ff. de aqua pluvia arc. l. ille à quo, 13. §. tempestivum, 4. ff. ad Treb. l. nam & magistratus. 4. ff. de arbit. cap. literas. 13. de restitut. spoliat. cap. super eo, 4. de usuris, cap. ut nostrum. 56. de appellationib. Surd. consil. 558. num. 2. Unde non licere inferiori concedere saluum conductum damnato per superiorem, resolvunt Grammat. voto 25. n. 11. Herculan. in tract. de caution. de non offendend. cap. 37. rub. de salvo conduct. num. 8. Menoch. consil. 109. n. 227. Farinac. in praxi crimin. quest. 29. num. 88.

Intellige, nisi aliter ex causa factum sit, propter quam licet inferiori contra factum superioris venire, arg. text. in l. si hominem, 30. ff. mandati. Innoc. in

in cap. 1. de constitut. ubi singulariter voluit, quod inferior ex causa potest transgredi Jura, quod latè prosequitur idem Felin. sub n. 49. vers. septimò fallit. Jas. in l. omnes populi, num. 13. in 2. lect. ff. de Justit. & Jure, & consil. 1. n. 6. vol. 1. Marfil. sing. 182. Cravett. consil. 21. num. 3. Abb. in cap. studuisti, de offic. legati, ubi ait, quod Episcopus ex causa potest statuere contra Canones, quod etiam voluit idem Abb. in cap. & si clerici, §. de adulteris, col. 5. & ibi. Felin. de judic. idem Felin. in cap. quod super bis, num. 4. de major. & obed.

Amplia Axioma in tantum, ut inferior ne dum non possit tollere legem superioris, sed nec possit corrigere, mutare, modificare, vel addere, Clem. 2. de elect. Federic. de Senis consil. 12. n. 2. vers. item videtur. Oldrad. consil. 259. num. 6. vers. tamen ad jura. quos refert Cardinal. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 19. num. 10. Nec aliquid potest inferior decidere super eo, quod superior fecit, Surd. d. consil. 558. num. 3. cum seqq. Giurba ad consuet. Mesfan. cap. 2. gloss. 1. num. 20. & 21. nec interpretari, Cavalcan. decis. 11. num. 49. p. 1. Alderan. Mascard. de statut. interpr. conclus. 8. n. 85. Giurba d. gloss. 1. n. 20.

Limita: quando inferior non tollit factum superioris, sed distingvit, seu qualificat, quia tunc valet. Alex. consil. 506. n. 15. & 16. lib. 2. ubi etiam idem ait, si limitat, vel distingvit jus superioris tam prohibitive, quam etiam permissive, refert Cardin. Tusch. d. concl. 110. à num. 40. Joh. Anton. Mangil. de imputat. quest. 51. num. 39. Justis etiam de causis legem superioris destruere inferiori licet. Tiraquell. de pœnis temper. in præfat. num. 29. Menoch. de arbit. in addit. quest. 54. n. 26. Cardin. Tusch. d. conclus. 19. n. 37. Giurba d. gloss. 5. n. 23. circa fin.]

CAP. LXIX.

De Inficiatione vide infr.

Mendacium, Negatio, Reticentia.

Axioma I.

Inficiatio non est furtum l. 67. de furt. junge Dn. Parent. in nucemat. criminal. ib. pag. 252. sed est propè furtum. l. 3. §. si rem. 18. ff. de acquir. poss. ita scriptum reperitur in consuetudinibus Neustrie cap. 7. jaoit que l' on ne die pas que

Hh

ce

ce soit larrecin, que denier, si est ce quil y à yn peu de seneur de larrecin. quemadmodum nec abjuratio, quia ad furtum contractatio seu locomotio requiritur, vid. Cujacium in lib. 26. qq. Papin. ad l. si rem. 47. ff. de acquir. poss. Inficiatio genus est subtractionis, inquit. Duarenus C. ult. ad L. Falcid. in f. pag. m. 575. per l. 68. §. ult. d. t. quamvis dissentire videatur. Locam. in not. ad §. 1. & 6. Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc. verum si distingvatur inter inficiationem per se, & eam, quæ conjuncta sit cum contractatione, utrumque bene subsistere poterit.

II.

Sæpius Inficiando lis crescit. Exempla in jure passim invenire licet; ut (1.) in L. Aquilia l. inde Neratius §. hac actio ff. ad L. Aquil. §. 26. Instit. de act. (2.) in actione, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur l. 1. §. 15. si quadrupes paup. (3.) Legatorum ad pias causas §. 19. & 26. de action. (4.) depositi ex certis causis, ut tumultus, incendii, ruinæ, naufragii. §. sed & facti 26. Instit. de act. (5.) conditio ex syngrapha, Novell. 18. ut si debitor, se scripserit Syngrapham, inficietur vel exceptionem non numeratæ pecuniæ ei opponat, & convincatur scripserit vel accepisse pecuniam, condemnatur in duplum: Liceat tamen poenitere & bonam fidem agnoscere, quamvis initio conatus sit inficiari; & hoc casu venia locum habet, sed sumtus litis præstabit, prout jurejurando suo actor eos taxaverit. Rittershus. ad Novell. pag. 636. §. 4. porro inficiantium propriam Syngrapham poena est, ut non possint uti pluribus defensionibus, sicut alias potuissent ex regulæ juris. Et poena dupli obtinet quoque in inficientes apocham à se scriptam. Rittershus. d. l. num. 5. 6. (6.) Ex contractu habito cum argentariis sine scriptura ex ed. Justin. 7. Quorum omnium insignis is in jure effectus est, quod solutorum per errorem indebite nulla sit conditio §. ult. Instit. de Obl. quæ ex delict. nasc. quia qui ea ultro solvit, videtur sciens solvisse. vitanda inficiationis causa, & sic transigendi animo. Cujac. ad l. 2. C. de condit. Indeb. vide omnino eundem in Comment. ad Novell. 18. circ. fin. & 4. F. 5.

Amplia, quod non tantum lis sæpe in jure crescat inficiando, sed aliquando etiam obligatio jure civili minus valida consolidetur. §. fin. Institut. de fideicom. hered. l. ult. Cod. de fideicom. Imò & possessio transferatur l. ult. de Rei vind. & quasi dominium quandoque amittatur: Veluti si Vassallus sciens qualitatem feudalem negaverit 2. F. 26. §. vassallus 3. vid. Antoninus Gothofredus disput. feud. XI. thes. 3. in fin.

III.

Advocati, negantes quid contra acta, arbitrarie puniendi. Carpzovius 3. Respons. 5. ubi plura cumulata.

CAP. LXX.
De Infidelibus.

Axioma 1.

Infidelitas non est causa sufficiens divortii, & nec separationis quidem quoad thorum & mensam. Ziegl. Jus Canon. pag. 483. Matrimonium enim ita proprium Ecclesiæ non est, ut inter infideles consistere non possit. Conf. 1. Cor. 7. v. 12. seqq.

II.

Infideles nec in personis, nec in rebus, quamdiu quietè vivunt, molestari aut offendi debent. Carpz. de Leg. Reg. c. 4. §. 6. n. 26.

CAP. LXXI.
De Infinitate.

INFINITAS est vitanda, l. qui bona. 13. §. ult. ff. de damno infecto, l. fideicommissa, 11. §. si quis decem, 13. ff. de leg. 2. l. fin. C. de SS. Eccles. l. unic. C. de sent. quæ pro eo, [cap. cum in multis de rescript. in 6. siquidem in omni re quod est infinitum de testatur. Gilcken. ad l. properandum in pr. C. de judic. per l. non distinguemus 32. §. quæsitum 16. de recept. arbit. Socin. jun. consil. 25. visio themate n. 10. vol. 2. Pantschmann. 1. pract. quæst. 21. n. 66.] Calderin. consil. 438. aliis consil. 21. de jure patron. quod patronus, qui potest accumulative præferre plures, intelligitur de duobus, & non ultrà, ut tollatur infinitas, Bald. in cap. fin. num. 31. de constitut. ubi quod ut tollatur infinitas, prorogatio non debet esse longior prorogato, Marfil. in l. unus. §. cogniturum, num. 28. cum si 99. ff. de quæstionibus, ubi ponit multa verba importantia infinitatem. Exornant Axioma Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. 56. n. 3. Escob. de ratiocin. cap. 18. num. 4. Valasc. consult. 51. num. 49. & de partitionib. cap. 9. num. 50. & 51. Garc. Gironda de privilegiorum, seu excent. explicat. num. 1392. Cardin. Pereira de potest. eligendi, c. 3. num. 18. Stephan. Gratianus discept. forens. tom. 3. cap. 600. n. 30. Cardinal. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 128. per totam, ubi num. 23. limitat, nisi verba patiantur infinitatem. Fufar. de substit. quæst. 382. num. 2. Cancr. variar. p. 2. c. 16. num. 112. [quia tunc infinitas tolerabilis & in jure permittitur, veluti si adjecta sit dictio toties, quoties aut quodocunque vel similes dictiones, quæ sui natura & ex propria verborum significatione infinitatem important. l. si ita stipulatus à Sejo. 55. ff. de fideiuss.]

juss. & in l. si duo. 34. §. fin. ff. de recept. arbitr. Alex. in l. qui bona §. ult. ff. de damn. infect. Gail. de Arrest. Imper. c. 11. num. 11. quanquam si infinitum accipias non pro multitudine incerta & quæ extremis carent, sed pro numero, qui Legē quidem definitus non est, voluntate tamen testatoris definitur, illud non detestari, sed potius permittere jura dicantur §. & unum. 4. Instit. de hered. instit. l. qui restituere. 68. ff. de rei vind. l. videamus. 4. §. 2. ff. de in lit. jur. Bocer. in Comm. ad §. 4. Instit. de hered. instit. n. 2.]

CAP. LXXII.

De Informatione.

Axioma I.

Informationis hausa documentum non est denegandum iis, qui ad magisterium artis suæ aspirant. *Mev. Conf. 49. n. 16.*

II.

Informatio iudicis in iis sufficit, quæ sunt probationis difficilis. *Carpz. Defin. Conf. l. 2. tit. 12. Defin. 209. n. 15.*

CAP. LXXIII.

De Infortunio.

Axioma I.

Infortunium unius alteri nocere non debet, *Pantschm. 1. quest. pract. 14. n. 9. Exemplum vide in l. si te bonis 108. de jur. delib. ubi debitoris infortunium non nocere creditori collegit Bald. vid. Afflic. decis. 10. n. 6. 7. Cravett. decis. 6. n. 86. & 97.*

II.

Tristis casus & adversa fortuna non solet esse in consideratione l. inter stipulantem 83. §. facrum 5. de V. O. l. Julianus 6. qui & a quib. manumiss. lib. non fiunt. *Pantschmann. 1. pract. 9. 10. num. 39.*

CAP. LXXIV.

De Ingerentibus sese in officia, sive se obtrudentibus.

Ingerentes se negotiis alienis merito suspecti l. 25. de procurat. l. 21. §. ult. Ex quib. caus. major. Unde invitos ad officia eligendos Imper. monet in l. 31. Cod. de Episc. & Cler. seu eos, qui fugiunt, c. in scripturis 8. q. 1. quia dignitates merentibus sunt danda, qui autem cum maxime solent desiderare, ii plerumque minime merentur l. ut gradatim de muner. & honorib. Decianus tr. crim. cap. 21. num. 10. add. c. officii, & ibi Abbas de elect. Petr. Theod. dist. crim. 9. tb. 6. lit. B. Alibi id dicitur negotiis se offerre: quod iidem culpæ proximum. l. 36. §. Senator. l. de iudic. §. 10. l. de suspect. iur.

CAP. LXXV.

De Ingratitudine.

Axioma I.

Ingratitudinis vitio nullum majus est detestabilius, *Panorm. in c. fin. extr. de donat. Menoch. consil. 723. n. 3. Vasq. de success. progress. in prefat. n. 3. tollit enim naturæ debitum. §. hoc autem quod plus. Nov. 22. de Nupt. & secundum Bernard. Ventus est ovans siccat fontem misericordiae, rorem pietatis & fructum gratiae, Panorm. in d. c. fin. Weseimb. 1. consil. 24. n. 12. Goedd. 3. Consil. Marp. 28. n. 132. diciturque inimica animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Just. Mejer. in disput. de donat. simplic. thes. 93. Unde & illam, quando ex contemptu beneficii contingit, inter peccata mortalia retulit Thomas c. 22. q. 109. art. 3. quem sequitur Covar. in c. cum in officiis n. 9. vers. gloss. Bernard. de testam. vid. Consil. Arg. 1. consil. 112. mun. 175. quocirca & ingratus beneficio se indignum reddere dicitur tot. tit. C. de ingrat. liber l. liberi 28. l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. Nov. 115. l. ult. C. de revoc. donat. Weseimb. 1. consil. 24. n. 110.*

II.

Ingratus nemo presumitur erga genitorem, nisi doceatur. *Menoch. lib. 4. de presumpt. part. 1. pres. 29. n. 2. 3. & 4. per d. l. 30. C. de inoffic. test. & Nov. 115. cap. 3. §. fin. autem hæc omnia. Vult. 3. Consil. Marp. 28. n. 104.*

III.

Ingratitudinis vitium considerari nequit, ubi non præcessit beneficium. *Pacian. consil. 112. n. 31.*

IV.

Ingratitudo matris, non est ingratitude filiorum. l. divi fratres 17. ff. de jur. patr. l. Emancipatum. 7. ff. de Senator. l. 3. §. si emancipatus 5. de bon. poss. contr. tab. Fichard. 1. consil. 46. n. 17.

V.

Ingratus ex solo conatu nemo judicatur. *Rip. in l. ult. q. 25. C. de revoc. donat. Menoch. consil. 101. n. 50. Weseimb. p. 1. consil. 29. n. 60. imo non potest committi sine donatarii & beneficiarii dolo. Schrader. de feud. p. 9. c. 4. n. 96. Vult. 1. F. XI. n. 53.*

VI.

Ingratitudo non potest remitti. l. 1. ubi Bald. C. de ingrat. liber. l. ult. C. de bon. libert. c. cum inter 21. de elect.

Limita: nisi iuramentum accedat, *Alex. in l. stipulatio hoc modo. de V. O. Tiraq. in prefat. l. si unquam. num. 140. de revoc. donat. Pantschm. 1. quest. pract. 10. n. 59.*

Limita 2. hoc procedere in ingratitude futura, non præterita. l. ult. C. de rev. donat.

CAP. LXXVI.

De Inhabilitate.

Axioma I.

Inhabile esse & non esse sunt paria, *arg. l. 6. Hh 2 ff. qui*

ff. qui satisfac. cog. l. 1. §. 2. ff. quod cuiusque Univers. l. 17. ff. de manumiss. testam. §. 2. Inst. de satisf. tut. Sigismund. Scaccia de iudic. cap. 9. n. 186. lib. 2. Cavale. decad. 39. n. 43. Reusner. decad. 4. num. 25. lib. 3. Azeved. consil. 11. n. 22. lib. 1. Nolden. de statu Nobil. c. 31. m. 22. hinc inhabilis, si ad officium electus est, removeri debet l. 8. 12. C. de decur. l. 12. C. de dignit. non tamen per eos, qui ejus admissioni interfuerunt & consenserunt l. 13. §. fin. ff. de Decur. nisi inhabilitas nota sit & nimium secunda officio, Perez. C. de infam. num. 3. & 4.

II.

Quando princeps inhabilem aliquem ad officium promovet, censetur cum eo dispensare, e. g. servum liberum facere. Modò tale sit impedimentum, quod princeps potest tollere, & constet, principem scire impedimentum. Scire vero is præsumitur impedimentum, ad quem Examinis cura, confirmatio & stabilitio pertinet. Licet autem non tam præcisè necessarium sit, ut scientiæ hujus in literis promotionis mentio fiat, melius tamen est si exprimitur. Perez. C. si servus vel liberus n. 6. 7. & 9. l. 4. §. 1. ff. de re milit. sed & sufficit aliunde probare scientiam. Brunnem. ad l. 2. C. si serv. vel libert. & Perez. C. de infam. num. 5.

III.

Ad officium vocatus tenetur suam inhabilitatem detegere. Limita: (1.) nisi inhabilitas planè sit ignota, tunc enim se prodere non tenetur. (2.) si ipse circa eam erraverit. Perez. C. si serv. vel libert. n. 8. (3.) si inhabilitas non ab ipsa naturâ dependeat. Brunnem. ad l. 2. C. eod.

IV.

Non statim qui jus habet eligendi, habet potestatem super inhabilitate dispensandi. Brunnem. ad l. 2. C. si serv. vel libert.

V.

Habilitas unius supplet inhabilitatem alterius. Abbas in c. per tuas n. 3. extr. de arbit. Ubi in terminis laudat tradit, quod licet compromissum de re spiritali non possit fieri in Laicum; si tamen fiat in duobus, quorum alter sit Laicus, alter Clericus, sustinebitur laudum, quia habilitas Clerici facit habilem Laicum, qui ex se ipso non erat habilis, Felin. in c. 2. num. 19. vers. utrum causa col. pen. extr. de iudic. Socin. consil. 168. imprimis determinanda est. col. pen. vers. in casu autem nostro vol. 2. Blanc. de compromiss. q. 2. n. 64. vers. Laicus & Clericus. Sic etiam in simili dicimus de teste inhabili, qui cum per se nihil probet, conjunctus tamen cum alio habili fidem faciet; prout demonstrat Marfil. in l. de minore §. tormenta n. 8. vers. sed utrum. ff. de quest. & plenissimè Gabr. de testib. concl. 5. Pacian. 1. de probat. c. 22. n. 2. vers. sed limita quarto per l. si quis 7. §. cogentur. ff. de edend. Pacian. 1. consil. 162. n. 49. ubi n. 60. prædicta vera esse ait, quando uterque esset habilis & compromissi capax: nam ex eo, quod simul ceperunt cognoscere, debent etiam simul finire, quamvis in solidum jurisdictionem habeant, prout evenit idem in iudiciis ordinariis jurisdictionem in solidum habentibus, juxta gl. in l. si uni, in verb. proferre. vers. item cum sic de ordinariis.

ff. de re judicat. Secus enim esset, quando daretur jurisdictio simpliciter in solidum duobus, quorum alter esset capax, alter ab initio incapax. Nam licet simul sententiam dicant, ratione tamen solidi sententia valebit ex parte illius, qui capax erat, nec habebitur in consideratione, quod incapax in ferendo sententiam intervenit, quia cum intervenit, perinde est, ac si non intervenisset, exempl. l. 1. §. sed Pomponius 3. ff. quod fals. tutor. cum paria sint, non intervenire actui, & esse ad actum inhabilem, l. 1. §. fin. ff. quod cuiusque univers. nom. Felin. in c. super Abbacia. num. 6. vers. limita. col. 2. extr. de offic. judic. delegat.

Declara, verum esse, si inhabilitas illa veniat ratione honestatis, non vero ratione personæ incapax. d. l. Paduus 7. in pr. vers. in servum ff. de recepte. arbit. cum enim ibi servus omnino sit incapax compromissi, ideoque etiam à dicto munere propter incapacitatem personæ removetur, nec associatio alterius personæ habilis ipsum capacem facere potest, per ea, quæ refert Abb. in cap. per tuas in quarto notab. de arbit.

CAP. LXXVII.

De Inhibitione.

Axioma I.

Inhibitio injusta non est timenda cap. non solum 7. de appellat. in 6. Bero. consil. 85. dicam breviter n. 23. lib. 3. cum aliis citat. à Robert. Lancelot. de attent. c. 20. ampliat. 11. n. 5. & limitat. 2. per tot. Farin. 1. consil. crim. 17. n. 24. quia ad hoc, ut operetur attentata & nullitatem actus contra ipsam gesti, requiritur, quod sit canonica, prout voluit Rot. decis. 58. alias 412. si appelletur. de appellat. innov. semperque inhibitiō censetur decreta cum conditione, si de jure fieri poterat. Bero. d. consil. 85. num. 23. quare si dicatur inhibitiō, quæ de jure dari non debebat, non operabitur suum effectum, neque etiam illi parendum erit, ex quo deficit ejus conditio. Farin. d. loc. & ibi Farnian. Carolin. in addit. lit. h.

II.

Inhibitio præsupponit jurisdictionem fundatam & judicem competentem c. Romana. 3. §. si verò. ubi Dd. de appellat. in 6. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. Inhibitio enim fieri non potest, quando inhibitus non recognoscit jurisdictionem inhibentis. Archidia. in cap. de persona 11. quest. 1. Hostiens. in c. volentes de offic. delegat. Bald. in l. 1. C. quomodo. & quand. judex. & consil. 99. incip. serenissimus. num. 21. & seq. lib. 3. Berous consil. 117. in pr. usque ad n. 9. lib. 3. Consil. Arg. 1. consil. 11. n. 102. siquidem hæc est provisio ad jurisdictionem, & jura partium de cetero conservanda à jure introducta, vel ab habente jurisdictionem ordinariam vel delegatam, per sententiam interlocutoriam ex officio ad instantiam partis emanata actus contra eam facti nullitatem & penarum incursum inducens. Robertus Lancelot. in tract. de attent. p. 2. cap. 20. in præfat. num. 7. ac jus inhibendi dependere à juris-

à jurisdictione & superioritate dicitur *c. tuam* 3. de ordin. cognit. ut post Socin. in consil. 109. lib. 3. & alios per eum allegatos respond. Berous consil. 117. n. 2. lib. 3. atq; operatur, ut processus postea per eum factus nullus sit. Francisc. de Aretin. consil. 75. in pr. Marat. in disputat. quest. leg. 6. n. 25. nec ea habet clausulam justificatoriam; eo enim ipso, quod appellatio legitime interposita est, iudex à quo amplius quid attentare jure prohibetur text. in c. non solum 7. de appell. in 6. ibiq; Dd. & tot. tit. nihil innov. appellat. pendente, quanquam si appareat eam per dolum & fraudem esse impetratam, malitiam indulgendum non sit l. 38. de rei vind. Boët. decis. 161. n. 4. inhibitiō enim non aliter operatur effectum attentatorum, nisi sit Canonica. Felin. in c. super questione §. fin. col. 1. de offic. deleg. Roland. à Vall. consil. 77. vol. 2. n. 24. Alex. consil. 69. col. 7. Covar. pract. q. 24. n. 3.

III.

Ab inhibitione excipitur, ubi constat, possessorem nullum jus habere. *Mev. Part. 2. Dec. 213. num. 6.*

IV.

Inhibitio obligat non à die decretæ, sed insinuatæ inhibitionis. *Ziegler. Jus Canon. pag. 883.* adeoque ad ea non pertinet, quæ post appellationem ab interlocutoriâ ante vel intra decretam & insinuatam inhibitionem facta sunt. *ibid.*

V.

Inhibitioni non parens haud condemnandus est in multam, quamdiu parendi causa sub lite versatur *Mev. P. 8. Dec. 84.*

VI.

Constare debet prius de veritate allegatorum & gravaminis appellantis, quam inhibitionem decernat iudex superior, & quamdiu cognoscit an appellatio sit recipienda, inhibere non debet. *Ziegler. Jus Canon. p. 874. 883.*

CAP. LXXIIX.

De Inimicitia & Inimico.

Axioma I.

Inimicitia semel causata, adhuc durare præsumitur. l. in ipsius. §. ubi Bald. C. famil. hercise. idem Bald. in Auth. si dicatur C. de testib. Alex. consil. 78. in causa & lite lib. 1. pro quo facit text. in c. accusatores 2. §. q. 5. c. cum P. Marconella. 10. de accusat. gloss. in c. per tuas vers. capitalis de simon. Alex. consil. 99. in causa inquisitionis lib. 1. col. 1. Ludov. Gomez. ad §. rursus Inst. de Action. num. 25. maxime ubi causa inimicitiae adest, ibi enim semper ea præsumitur. Alex. d. consil. 99. lib. 1. num. 2. Decianus in tract. crim. lib. 3. c. 25. num. 12. unde causa cessante etiam ejus præsumptio cessabit. Bart. inter consil. crim. divers. consil. 8. n. 8. lib. 1. Foller. inter eadem consil. 1. consil. 38. n. 13. & in tract. crim. verb. quod sororem venenavit: post crim. 19. Grammat. consil. 42. n. 10. in fin. Francisc. Calson. de indic. tract. 1. c. 9. n. 2. Bertazol. consil. 556. n. 20. lib. 2. Farin. consil. crim. 63. n. 6.

II.

Ab Inimico omne malum est expectandum. c. repellantur 7. de Accusat. l. si inimicitia 9. ff. de his, quib. ut indign. l. 1. §. praterea. 24. & cum quis 26. ff. de quest. Fachin. 9. contr. 82. Quia de causa etiam à testimonio repellitur Auth. si testis C. de testib. & in §. si vero quis. in Auth. de testib. Hyppolit. in l. 1. §. praterea. num. 1. & seq. de quest. Petrus Anchar. consil. 246. col. 2. vers. an testis. Corn. consil. 101. col. 4. vers. quia non omne odium. vol. 2. Alexand. consil. 99. in pr. volum. 1. Grammat. consil. crim. 46. num. 5. & 8. Paris. consil. 58. num. 73. vol. 3. Socin. jun. consil. 73. num. 14. vol. 2. Umm. disput. 16. ad process. judic. num. 13. Menoch. 2. arb. jud. cas. 110. etiam in casibus, in quibus difficilis est probatio, & aliunde veritas haberi non potest, Aufser. de reprob. test. num. 16. vers. item verum. Antonina Gomez. rubr. de probat. delict. cap. fin. num. 21. vers. advertendum tamen. Menoch. 1. arb. quest. 28. num. 2. Hyppolit. Riminald. inter consil. crimin. divers. consil. 84. num. 8. Burlat. consil. 346. num. 12. vers. quibus instantibus. & num. 37. lib. 4. Bertazol. consil. 528. num. 6. lib. 2. Honthem. 2. de art. Notar. c. 46. num. 15. nec inimico creditur etiam cum tortura l. 1. §. praterea. ubi Marfil. ff. de quest. quod procedere etiam in articulo mortis esset, vel si essemus in criminibus exceptis, veluti læsæ Majestatis, simoniæ, vel hæreseos & cap. per tuas 32. ubi Johann. de Anania extr. de simon. extendit Speculator in tit. de accusat. §. 1. in fin. quem sequuntur Alberic. in l. famosi. ff. ad L. jul. Majest. Gigas de crimin. læs. Majest. lib. 2. tit. per quos crimin. læs. Majest. probetur. quest. 2. num. 1. Groer. de testib. p. 3. num. 97. in prima & secunda ampliatione. Campeg. in tr. de testib. reg. 26. in pr. Clar. in pract. §. fin. quest. 24. vers. item quæro. Mascard. l. de probat. concl. 462. n. 31. & lib. 2. concl. 857. n. 40. Farin. 1. consil. crimin. 79. n. 6. Marfil. consil. 20. n. 27. & consil. 65. n. 29. Grammat. vol. 3. n. 30. vol. 11. n. 17. & consil. 45. n. 16. Bertazol. 1. consil. decis. consil. 38. num. 16. quapropter, quoad repellendum à testimonio, dici non solum eum, qui odium in mente, sed etiam, qui inimicitiae causas habet, vel habere præsumitur, etiam sine mentis odio. arg. cap. 2. §. 5. post Innocent. in cap. cum L. & A. de re jud. ampliant Felin. in c. quoties vers. nota quarto. de testib. Hyppolit. sing. 178. incip. inimicus repellitur. Burlat. consil. 69. n. 31. p. 1. adeo ut nec reconciliatus quidem admittendus videatur. Panorm. in c. cum oporteat. n. 6. de accusat. Felin. in c. cum te vers. infidelitas limit. 2. de rescript. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. quamquam non sufficiat quem allegari, ut arceatur, nisi etiam probetur. Vult. 1. Conf. Marp. 15. n. 185. Ut enim talis repellatur ex causa inimicitiae, requiritur probatio causæ inimicitiae, & quidem capitalis, debetque in specie allegari qualitas inimicitiae, aliàs non dicitur esse probata. Imol. in c. Rainutius de test. Jas. in l. Titia textores ff. de legat. 1. Bald. in c. constitutus de rescript. Jas. in l. sororem C. de his, quæ ut indign. aufser. quæ autem gravis vel levis dicatur, illud arbitrio judicantis reliquit. Bart. in l. Maritus ff. de quest. quem sequitur Grammat. decis. Neapol. 34. n. 21. decis. 86.

decis. 86. n. 4. Vult. 1. *Confil. Marp.* 15. n. 187. Sic inimicum capitale ab accusatione repellunt c. cum P. 10. c. cum oporteat. 19. c. meminimus 13. de accusat. & etiam in casibus exceptis dict. cap. per tuas 32. de sim. quod de Jure Canonico non vero Jure Civili admitti possit, per l. qui accusare 8. ff. de accusat. probat Petrei. *concl. crimin. concl.* 17. lit. b. add. Mar. Socin. in c. repellitur n. 16. de Accusat. Decian. lib. 3. c. 25. n. 3. gloss. & Abb. in c. 1. n. 8. de Accusat. Boeckel. de publ. judic. disquis. 3. num. 15.

Fluit ex hoc axioma, quod ob inimicitiam tam præcedentem, quam supervenientem Judex ordinarius recusari possit, imò creatio ad muncera propter inimicitias præbet nominato justam causam appellandi seque excusandi l. 6. §. 17. de Excus. Tutor. l. un. C. si propter inimicitias. Perez. C. eod. n. 1. 2. Denique inimicitia annullat laudum arbitri l. 32. §. 14. de recept. qui arbit. Judicium Judicis ordinarii l. 9. in fin. de liber. caus. officium Procuratoris l. 21. de Procur. Brunnem. ad l. un. C. si propter inimicit.

III.

Inimicitia capitalis oritur ex diffamiâ, minis, insidiis, verbis injuriis, atrocibus, percussione in facie, litibus, spoliatione. *Blanc. in repet. L. f. ff. de quasi. Alex. Conf. 99. vol. 1.*

IV.

Inimicitia justa ex quibus causis oriatur vid. *Mev. P. 4. Decis. 45.*

V.

Qualis inimicitia requiratur ad repudium vel negandam consummationem voti conjugalis. *Mev. P. 4. Decis. 44. Carpov. Defin. Confil. L. 2. tit. 10. Defin. 176. n. 6.*

VI.

Inimicus consanguinei mei meus inimicus dicitur. *Bart. in l. tutor. §. si tutor. ibique Alex. in addit. ff. de suspecti. tutor. Alex. confil. 99. n. 4. lib. 1. & in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus n. 21. ff. de V. O. Aufser. de reprob. test. n. 46. in fin. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 25. n. 17. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 398. n. 39. ita inimicus meus præsumitur inimicus filiorum meorum Schneidew. in §. Institut. de excus. tut. n. 2. imò amicum inimici mei dici etiam inimicum meum, ait Pacian. 2. de probat. c. 40. num. 21. adeò ut sic cum inimico meo conversaretur, pro inimico etiam habeatur, *Blanc. de indic. n. 163. & seqq. Menoch. lib. 5. de præsumpt. 42. n. 12. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 42. n. 72. Pacian. d. loco in addit. lit. C. Castren. in l. liberi C. de inoffic. test. Abb. in c. repelluntur 7. X. de accus. Ubi hoc verum intelligit in filio vel alio intrinseco, qui ab hoc debet abstinere mei contemplatione, secus in extraneo, qui propter me non cogitur ab inimico meo abstinere, *Farin. 1. confil. 61. num. 14. Ubi intelligit, dummodo fuerit conversatio directa. & continuata, aliàs secus, Marfil. in l. 1. §. preterea n. 12. vers. & intelligi. ff. de quasi. Blanc. de indic. num. 170. Gig. de Crim. les. Majest. lib. 2. rubr. qui accusar. poss. 9. 6. num. 11. ante fin. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 2. num. 29. cum seq.***

Inimicitiarum pluralitate data, semper præsumitur ex causa gravioris inimicitie, *Franc.*

March. decis. Delpbin. 423. num. 27. Joh. Turtius inter confil. crim. divers. confil. 81. num. 34. lib. 2. Foller. in præf. crim. verb. recipiantur defensiones reo. n. 2. vers. item poteris. Farin. 1. confil. 102. num. 18.

CAP. LXXIX.

De Iniquo & Iniquitate.

Axioma I.

Iniquitas omnia præcipitat, cap. inter hac bir-cum 34. de penit. dist. 3. cap. magna 7. extr. de voto. *Speculat. lib. 2. p. 2. cap. de preparat. judic. num. 2.*

II.

Ad iniquum compendium occasio juris trahi non debet l. fin. in fin. *Cod. de Usucap. pro empt. c. quod nonnullis 25. in fin. & ibi gloss. ult. de privileg. Arnif. lib. 2. de Majest. c. 4. n. 6.*

III.

Quod iniquum est, non est viri boni. l. societatem. 76. ff. pro soc. *Cujac. ad l. 22. §. generaliter. 1. de R. l.*

CAP. LXXX.

Initium, Principium, Exordium. Adde supr. lib. 3. cap. 23.

ax. 1. & 5.

Axioma I.

Univerfa benè geruntur & competenter, si rei initium fiat decens & amabile DEO. *Nov. 6. in præf. Henon. disput. juris contr. 1. n. 4. Nichil enim rectè nihilque sapienter homines auspiciari possunt sine DEI immortalis auxilio, quod est fundamentum totius operis c. cum Paulus 26. 1. quasi. 1. c. legimus 7. §. omnis ratio. distinct. 37. c. quam pio 2. 1. q. 2. c. qui sine Salvatore. 7. 26. q. 2. c. non observetis 17. §. dicit enim Apostolus 26. q. 7. §. bene autem universa. Auth. quom. oport. Episcop. Auth. de quatore. in pr. Auth. de Armis. l. 1. in pr. C. de V. l. 1. 2. C. de offic. Prefecti. Afric. & nor. Alber. in proem. C. n. 4. Pacian. 1. de probat. c. 5. n. 1.*

II.

Quæ ab initio utiliter constituta sunt, durant, licet in eum casum devenerint, à quo incipere non possunt l. 35. §. non est verum. de R. l. huic sententia gravissime obstat videtur l. 82. de leg. 2. distinguendum, an ille casus, in quem incidit, sit accidentalis vel substantialis & intrinsecus, priori casu actus subsister, posteriore vero secus. *vid. not. Dn. D. Locam. ad §. 14. Instit. de legat. lit. C. & Bachov. ibid.*

III.

Non eventus, sed initium cujusque rei spectandum l. 8. ff. mand. Sic verbi causa in contrahibus semper principium spectatur d. l. 8. l. 1. §. idem Pomponius querit. 13. de pos. *Goedd. p. 5. de contr. stipulat. n. 127. Harprecht. ad pr. Inst. quibus modis re contr. obl. n. 65. add. Cujac. lib. 28. Paul. ad Edict. l. 2. §. 1. de L. C.*

Am

Amplia, quod idem procedat in distinguendis delictorum formis. l. 6. de furr. studio dixi in delictorum formis, nam quoad eorum quantitatem simul & exitus consideratur. Limita in testamentis & ultimis Voluntatibus, ubi regulariter non tantum primordium, sed & exitus mortis scilicet testatoris & aditionis spectatur §. 4. Instit. de hered. qualis. & differ.

IV.

Multa possunt ab initio impediri, quæ, postquam connivere cepimus, persequi nos oportet. c. gr. Metallifodinas in fundo nostro fodere. Perez. C. de Metallariis n. 25.

CAP. LXXXI.

De Injuria. vid. Libellus famosus.

Axioma I.

Injuria ubi minor, ibi & poena minor esse debet, Angel. in tract. de malefic. in verb. scienter n. 12. l. unica. C. de fals. monet. W. clem. in pamt. de adult. n. 7.

II.

Injuria ex affectu facientis constat l. 3. §. 1. ff. de injur. ubi gloss. ad verb. ex affectu. W. c. 1. consil. 22. n. 3. Absque animo enim injuriandi ea non committitur d. l. illud. §. 1. ibi cum injuria ff. de injur. Roman. consil. 69. per tot. Gail. 2. obs. 106. n. 40. Barbat. consil. 15. col. pen. vol. 4. Ruin. consil. 145. n. 10. cum dolus exigatur. Bald. consil. 443. n. 4. vol. 4. Alex. consil. 209. n. 14. vol. 6. Boss. in tit. de injur. num. 13. Sic animi absentia impedit actionem injuriarum nasci, quæ non nisi ex voluntate & affectu inferentis causatur. l. si non convicii §. C. de injur. vid. & l. 1. in pr. ibi qui dolo l. 26. ibi quoties ille qui suadet. ff. eod. Rom. consil. 96. n. 3. Grammat. decis. 37. n. 5. Aym. Crav. consil. 9. n. 35. in fin. ubi amplius, quod in actione injuriarum lata culpa dolo non æquiparetur. Boer. consil. 4. n. 3. Jod. Damhaud. in pract. crim. c. 136. num. 8. Petr. Plac. in Equit. delict. c. 6. n. 2. Pract. Corrad. tit. de injur. num. 4. f. 403. Myns. consil. 7. n. 24. Bajard. in addit. ad Clar. §. injuria. num. 19. Mascard. l. de probat. concl. 97. n. 7. Claud. ad Bertazol. consil. 206. vers. primum itaq. Honded. consil. 112. n. 22. Surd. decis. Mantuan. 89. num. 23.

Excipe, si non injurians de bono animo doceat, injuriantis enim animum etiam in dubio præsumi probat d. l. si convicii §. in verb. probare potes. C. de injur. sumpto inde argumento à contrario sensu, prout not. ibi gl. in verb. probare Butrigar. in 2. notab. & in vers. oppono, quod qui dolum. Bellapertica in pr. Cyn. n. 2. vers. ad Legem istam & ibi in addit. lit. a. Bald. in summario Salicet. n. 1. in prima oppositione. Angel. n. 3. Joh. Fab. n. 4. in fin. Felin. in c. cum te n. 18. vers. & omne verbum de sent. & re judic. Baert. in addit. ad Belvis. in pract. lib. 1. c. 3. rubr. de injur. n. 5. in verb. probare tenetur. Augustin. in addit. ad Angel. de Malefic. in gl. verb. injuriosa. n. 3. Rom. consil. 96. n. 4. & ibi Mandol. in addit. lib. B. Bonif. de Vitalin. tit. de injur. n. 44. Socin. consil. 146. n. 7. lib. 1. Jodoc. Damhaud. in pract. crim. c. 137. n. 14.

in fin. Pract. Corrad. tit. de injuncto n. 5. pag. 403. Myns. consil. 7. n. 27. & 28. Lud. de Peguer. decis. crim. 13. n. 7. Mascard. l. de probat. concl. 97. n. 9. & 2. concl. 902. num. 6. ubi plures de communi testantes refert Magon. decis. Florent. 25. n. 6. ubi tamen hoc in rustico limitat ex Grammat. & Capoll. in locis per eum allegatis.

Declara: procedere in verbis seu factis, quæ de sua natura injuriam præ se ferunt, & illicita sunt, secus si quis vellet injuriam arguere ex verbis aut factis de sui natura licitis & injuriam in se non continentibus, hoc enim casu animus injuriandi non præsumetur, nisi proberur. Alberic. in l. injuriarum actio in pr. n. 1. & §. si quis per injuriam l. item apud Labeonem §. si communem. per jura prædicta. ff. de injur. vid. & Joh. Fabr. bene declarantem in d. l. si non convicii. ubi idem, quando verba probata de se non sunt injuriosa, veluti ironice dicta, & in §. fin. n. 5. Inst. eod. Azol. in summa de injur. n. 4. in fin. Ubi ponit septem casus, in quibus animus injuriandi non præsumitur, sed ostendi debet. Belvis in pract. l. 1. c. 3. tit. de injur. n. 7. in fin. junct. n. 8. vers. & sic injuratus. August. ad Angel. de Malefic. in gl. verb. injuriosa n. 3. Surd. decis. Mant. 89. n. 28. in fin. vers. responderetur secundo & n. 31. Quare & in verbis indifferentibus, & quæ injuriam importare vel non possunt, in dubio judicandum esse, quod non importent, & quod non malo animo prolata sint, pluribus exornat, quia omnis interpretatio facienda in partem meliorem, ut excludat delictum. Ita si quis dixit, se meliorem vel nobiliorem esse altero, injuriarum non tenetur. Berl. P. 5. concl. 59. n. 72. Nec si quis aliquem tuissavit Harpr. ad §. 1. Inst. de injur. n. 148.

Declara: nisi Circumstantiæ aliud svadeant, v. g. si quis de aliquo absente dixerit per Ironiam: est vir bonus scilicet! Berl. d. concl. 59. num. 32. Aym. Cravett. consil. 9. n. 20. ubi amplius n. 24. quod verba debeant impropiari, & etiam intelligi per fictionem juris ad fugiendum delictum & malum animum, præsertim quando verba hujusmodi sint prolata palam & in publico, quo casu eo magis debet cessare suspicio injuriandi. Quare etiam justa causa ab injuria dicitur excusare, Odrad. consil. 53. consuevit col. fin. post med. Barbat. consil. 15. col. 7. en. post med. vol. 4. ubi dicit coloratam iustificare etiam si esset injusta. Boss. in tit. de injur. n. 4. Bertazol. l. consil. decis. consil. 28. n. 45. Sic excusatur, qui verba injuriosa protulit, de quibus erat fama, Bart. in l. fin. n. 7. ff. de hered. insti. & in l. 1. c. 6. ubi ait excusari à Calumnia. ff. ad Turpil. Capoll. consil. 70. num. 13. inter crim. Boer. consil. 4. n. 43. idem est, si ab amicis & consanguineis, Capoll. d. n. 13. Boer. d. consil. 4. n. 45. vel ab aliis fide dignis audiverit. Bart. in d. l. fin. ff. de Hered. Inst. vel si à testibus fuisset deceptus, idem referentibus licet falso Angel. in l. 3. n. 3. Cod. qui accusar. non poss. Arctin. in tract. malef. vers. nec non ad querelam. col. 2. vers. requiritur. in fin. Felin. in c. 1. n. 18. de Except. Steph. Aufrer. in addit. ad decis. Capell. Tholos. super decis. 409. col. pen.

III.

Veritas convicii toties ab injuriâ excusat, quoties

ties ob favorem Reipubl. crimen iusto modo detegitur *l. eum, qui nocentem* 18. ff. de injur. quia favor Reipubl. animum injuriandi excludit. Confer Mev. P. 3. decis. 37. ita ergo si quis aliquem in Judicio furem, latronem, &c. dixerit, ut puniatur, actione injuriarum non tenetur, secus si quis aliquem pauperem, cœcum, claudum appellasset; hoc enim etiam si verum esset, non tamen expediret Reipublicæ scire *l. 2. C. quando & quib. quarta pars.*

IV.

Quoties quis aliquid facit defensionis gratiā, toties non præsumitur adesse animus injuriandi. Quia sic versatur in re licitā & omnibus permittā. Hinc suspicio doli cessat *l. si non convitii* 5. C. de injur. qui enim jure suo utitur, nemini facit injuriam *l. 13. §. 1. ff. eod.* Ita si quis ad reprobandos testes crimen obiciat, injuriandi animus non videtur subesse *l. 15. §. 38. de injur. Gail. L. 2. obs. 106. n. 6. Carpz. P. 4. Conf. 42. Def. 7.* Idem est, si quis à Judicis sententiā provocaret *l. 20. C. de appellat.* Modò tamen non frivole id faciat. *l. ult. in fin. C. quando provoc. non est necesse.*

V.

Injuria verbis facta non tollitur honoris præfatione, veluti si quis dicat, tu mentiris salvo honore tuo, deiner Ehren ohne Schaden / das ist nicht wahr / sondern erlogen: nisi injuriosè provocatus ita respondeat. *Gail. L. 2. obs. 101. Befold. thes. pract. verb. Eugen.*

VI.

Appellans aliquem cuculum, cornutum vel virum bonum injuriandi animo, tenetur injuriarum. *Parlador. rev. quotid. lib. 1. cap. 17. Befold. thes. pract. verb. Cornut.*

VII.

Qui falsò gloriatur, se vel alium cum alterius conjugē, vel cum virginē aut viduā rem habuisse, tenetur ad palinodiam & punitur incarceratione, interdum relegatione. *Coler. decis. 161. n. 20. & 26.*

VIII.

Non excusatur injuriāns, si audita referat vel verba injuriōsa sub conditione proferat. *l. 120. ff. de V. O. Bocer. Class. 3. D. 4. th. 28. lit. D. Befold. thes. pract. verb. Schmachsachen,* neque veritas convitii excusat injuriāntem. *Uscil. H. D. art. 110. ibique Zieriz. Mynf. Cent. 4. observ. 4. Gail. l. 2. obs. 99.*

IX.

Injuria non remittitur per conversationem familiarem, sed saltem rancor animi; hinc injuriati pocula accipere solent cum protestatione auf Hofrecht / salvā scil. actione injuriarum. *Gail. de art. cap. 4. n. 9.*

X.

Remissio injuriarum facta sacerdoti in foro pœnitentiāli & conscientiæ non operatur in foro contentioso, nisi dicat, se plenam facere remissionem, *Bart. & Dd. in L. non solum 11. §. 1. ff. de injur.*

XI.

Injuria realis censetur qualibet etiam graviore gravior. *§. atrox. ubi Dd. Instit. de injur. l. 1. l. 5. l. 6. in fin. ff. de injur. Gail. 2. obs. 104. n. 1. vers. quia*

realis. Jac. Ravard. 1. varior. cap. 9. n. 4. Gædd. 3. Consil. Marp. 28. n. 123.

XII.

Injuria scripta cæteris atrocior & inhonestior est. *Menoch. 2. arb. jud. cas. 263. n. 34.* tum propter ejus diuturnitatem, *Gail. 2. obs. 104. n. 3. per l. African. §. C. de hæret.* tum etiam ex eo, quod graviore pœna & quandoque capitali puniatur, *juxt. l. unic. C. de famos. libell. Menoch. d. cas. 263. n. 34. nec moveat aliquem* (inquit *Gædd. 3. consil. 28. n. 25.*) quod *Gail. d. loc. n. 1. arg. l. 5. §. si quis librum 9. ff. de injur.* implicite asserat scriptam injuriam reali non esse parem vel atrociorē, sed leviorē, quoniam *JCtus* eam non solum quoad pœnam, sed etiam delicti qualitatem parem facit injuriæ verbali; primum enim illa comparatio ex illo textu elici nequit, deinde si qua ibi collatio foret instituenda, tum famosa scriptura potius æquiparanda veniret injuriæ reali quam verbali. In antecedentibus enim & seqq. *JCtus in d. l. 5.* agit de injuria ex *L. Cornelia* vindicanda, cum tamen verbalis non ex Lege, sed ex edicto Prætoris vindicanda sit. *§. pœna ibi que Dd. Inst. de injur. l. Prætor. 7. l. 1. l. apud Labonem 15. §. ait Prætor. 2. per tot. ff. de injur. 2.* Quia ex hac Lege *Cornelia* scil. dicit agi propter librum famosum, pœnam dicit esse, ut condemnatus fiat instabilis, colligitur ergo, hoc non de verbali, sed reali accipiendum esse. Denique si ibi occurreret collatio, hæc tamen intelligenda esset quoad communem verborum materiam & formam, non quoad reliqua.

XIII.

Injuria tanto gravior & atrocior, quanto major est cognatio sanguinis, reverentiæ, pietatis, necessitudinisque copulatio inter injuriāntem & injuriatum. *l. cum oportet. 6. vers. quod etiam gravior C. de bon. que liber. ibique gloss. l. 4. l. 6. §. 1. & fin. cum l. seq. l. 10. §. Prætor ait. 12. & fin. l. 12. cum seq. de in jus. voc. Hyppolit. de Marfil. sing. 573. Tiber. Decian. respons. 35. n. 30. vol. 1. & resp. 82. n. 5. vol. 2. Gædd. 3. consil. 28. n. 130.*

XIV.

Injuria uni ex familia illata respicit omnes, qui sunt de ejus familia & cognatione, *l. Lex Cornelia 5. ibique Bart. ff. de injur. l. 1. 2. 3. de liberal. caus. Cravett. post alios à se adductos conf. 4. venemibilibus Dominus n. 3. Bart. Angel. & Salicet. in l. unic. C. de rapt. virg. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 262. in pr. cent. 3. Hyppolit. de Marfil. consil. 68. visa accusatione. num. 3. & 4. ubi idem de affinibus tenet latè Tiraquell. de par. LL. rejicit causa n. 68. Regner. Sixtin. 3. Consil. Marp. 16. n. 29.*

XV.

Injuria semel remissa in perpetuum remissa censetur. *Alciat. in tract. de presumpt. reg. 2. præf. ult. Lancellot. de offic. Prætor. §. 3. tit. de injur. Farin. 1. consil. crim. 30. n. 142.*

XVI.

Injuriā verbalem cum alia verbali injuriā propulsare nemo prohibetur. *Felin. in c. dilecti col. 5. extr. de except. per l. agenda. 19. C. qui accusare non poss. & sequitur Boss. post Claud. per eum citat. in suo tr. tit. de homicid. n. 86. sal. in l. ut vim. n. 36. ff. de injur. ibique Bolognet. n. 16. ubi*

ubi ait, quod si injuriatus dedit causam injuriæ si-
bi illatæ, ei non competat actio injuriarum juri-
bus ibi per eum allegatis. Mar. Socini. in c. fin. n. 21.
ad fin. extr. de injur. Ubi tamen loquitur, quan-
do provocatus veram profert injuriam, Angel. de
Malefic. in gloss. verb. injuriosa n. 10. ibique Au-
gustin. in addit. Grammat. decis. 37. n. 37. n. 3. &
seq. Damhoud. in pract. c. 136. n. 7. Ubi tamen
loquitur, quando injuriæ hinc inde illatæ non
sunt enormes, sed tolerabiles, & c. 137. n. 12. Petr.
Plac. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 1. n. 21. p. 33. Fab.
à Monteleon. in prax. arbitr. p. 4. q. 9. n. 14. &
63. p. 369. Conrad. tit. de injuria. n. 34. vers. de-
cimo quarto cessat injuria p. 412. Ubi tamen lo-
quitur quoad privatam vindictam, non quoad
publicam, vid. & Gail. 2. obs. 100. num. 1. 2. & 4.
cum obs. seq. n. 5. ubi hoc pluribus ostendit atque
sic communiter ait observari, præsertim quando
in continenti injuriæ retorquetur. Bajard. in ad-
dit. ad Clar. si injuriam. 63. vers. & quod provo-
catus. cum seq.

Limita primo, secus esse quando provocatus
non in continenti, sed ex intervallo cum alia in-
juria illatam vult retorquere. Gail. d. obs. 100. n. 9.
Clar. in pract. §. fin. q. 60. n. 14. Bajard. in addit.
ad Clar. §. injuria. n. 66. Petr. Plac. in epit. delict.
lib. 1. c. 28. n. 12. Vivius opin. 6. n. 4. Decian. lib. 3.
c. 33. n. 6. in suo tract. crim. Gramit. theorem. 5.
n. 2. & n. 11. Bertazol. consil. 338. n. 4. & ibi Claud.
in addit. vers. que conclusio.

Limita secundo, si convicium provocanti ob-
jectum aliud factum concernat, ita ut ad ejus in-
nocentiam non spectet, quo casu utrique actio
injuriarum competit, fac. cap. veniens. 16. de ju-
rejur. ibi alternatim. convicia inferendo, vid. ta-
men quæ distinguendo tradit Bolognet. in l. ut
rim. n. 94. sub. vers. sed ego puro. & vers. secundo
casu ff. de just. & jure.

XVII.

Injuria illi fieri non censetur, qui jam ante est
infamis, nec lædi ejus dignitas & honor videtur,
quando ipsi probum aliquod objicitur. Boccr.
de feud. invest. c. 5. n. 97. siquidem injuria perti-
net ad imminuendum honorem alterius l. 1. §.
omnem 2. & §. usque adeo 5. ff. de injur. nec inju-
ria siue contumelia alterius, qua quis premitur,
honor aut dignitas denigratur l. unic. C. de fa-
mos. libell. Donell. 15. comm. c. 38. vers. nihil agit
voluntas, cum Lege, non convicio alienjus infa-
mia quis notetur, l. 1. & cor. tit. ff. de his, qui not.
infam. etiam si per convicium illud contemnatur
pr. Inst. de injur.

XVIII.

Injuriæ qui faciunt, constat & hanc pati pos-
se l. 3. in pr. ff. de injur. quamvis qui facere ne-
queunt, (veluti furiosus impubes) nonnunquam
patiantur, l. 7. §. 1. ff. eod. tit. Wesemb. in parat.
ff. dict. tit. n. 6.

XIX.

Injuria nunquam censetur remissa, nisi remit-
tendi animus ex verbis appareat. Farin. t. consil.
crim. 98. n. 5. declara nimirum non generalibus,
sed specialibus, non dubiis & æquivocis, sed ve-
ris, necessariis & concludentibus. Belvis in pract.
lib. 1. c. 3. n. 89. Bald. in l. in ipsius. num. 4. C. fa-

mil. hercisc. Mascard. de prob. l. 2. conclus. 992.
num. 28.

XX.

Injuriæ nemo facere potest, nisi qui scit se
injuriæ facere, etiam si nesciat cui faciat. l. 45.
§. pen. ad L. Aquil. l. 3. §. itaque de injur. Philip.
Matth. ad l. 56. de R. I. n. 6. & n. 41.

XXI.

Injuriæ nullam videtur accipere, qui semel
voluit l. in diem. 9. ff. de ag. plur. arcend.

XXII.

Injuria verbalis & per scripturam illata non
inducit offensionem facti. l. 1. §. 1. de injur. Hec-
culan. in tr. de caution. c. 24. n. 11. in fin. Farin. t.
consil. crim. 87. n. 6.

XXIII.

Injuria quæ fit viventi, major est, quam quæ
committitur in defunctum. Gravett. consil. 205.
pernoctavit. n. 26. per nor. Bart. in l. fideicommis-
sum C. de fideicom. Wesemb. 1. consil. 22. n. 2.

XXIV.

Injuriæ Judices etiam ex officio vindicare de-
bent: hinc illud toties in Jure Magistratibus in-
jungitur, ut in l. 13. C. de Cursu publ. Perez. C. eod.
num. 11.

XXV.

Injuriæ non propulsare, cum possis, injus-
tia est c. non inferenda 7. 23. q. 3. Cic. lib. 1. offic.
ubi ait: duo esse genera injustitiæ, unum eorum,
qui inferunt, alterum eorum, qui ab his quibus
inferunt, si possunt, injuriæ non propulsant. add.
& c. fin. 23. q. 3. Hyppolit. in l. unius §. cognitu-
rum ff. de quæst. n. 56. Gail. 1. de P. P. c. 16. n. 17.
imò injuriæ non remittere sæpe expedit, ut cri-
mina & convicia puniantur. Vitiosa quidem est
ulciscendi libido, non tamen accusatio quam lex
statuit. Hinc Colonius suam injuriæ etiam con-
tra dominum vindicare potest. Perez. C. in quib.
caus. coloni. n. 5.

XXVI.

Injuria per interpositam personam facta, ab
ipso committente facta censetur. l. sed etsi unius
17. §. si jussu. 7. ff. de injur. & l. non solum 11. ff.
eod. quod enim quis facit per alium, per se ipsum
facere videtur l. quod jussu 180. ff. de R. I. cap. qui
facit. 72. eod. tit. in 6. & de jecille videtur, qui man-
davit vel jussit, ut aliquis deiceretur. l. 1. §. de je-
cisse 12. ff. de vi armat. l. hoc jure 152. §. 1. ff. de
R. I. l. 2. §. restituas. 43. ff. ne quid in loc. publ.
Bart. in d. l. sed si unius 17. §. si servus n. 4. ff. de
injur. Gail. de pignorat. obs. 5. n. 2.

XXVII.

Tot sunt injuriæ, quot & personæ injuriæ fa-
cientium l. si plures 34. ff. de injur.

XXVIII.

Injuriæ suam persequi magis est species de-
fensionis, quam offensionis. gl. & Dd. in c. un. §.
si delat. que fuit prima caus. benef. amitt. Curt.
in tract. feud. p. 47. n. 62. Job. eod. tract. p. 10. n. 47.
fallent. 3. Wesemb. 1. consil. 43. n. 126. ubi infert,
quod Vassallus, qui Dominum accusat, feudo pri-
vetur, si dolo malo facit tantum ad periculum &
damnum Domino creandum, non vero si faciat
id juris sui tuendi causa, per l. qui cum major. 14.
§. 6. vers. ignoscendum, de ben. libert.

XXIX.

XXX.

Ad injuriam vel damnum aliorum nemo facere praesumitur, sed potius propter seipsum. Alciat. de praesumpt. 3. reg. 23. pref. n. 1.

XXXI.

Jus suum persequens injuriam non facit. l. nullus. 55. de R. I. l. 1. §. 12. de ag. plur. arcend. C. I. A. tit. quib. appell. non lic. thes. 1. v. inf. lib. 9. cap. 96. ax. 23. quod tamen ita accipiendum, modo legitime jus suum persequatur, & a verbis calumniosis, iracundis, petulantibus, ac proximis, contra quem quis acturus est, famam & existimationem bonam fugillantibus & qualitatem calumniosam habentibus prorsus absteineat, l. non debet. in fin. verb. temperandam. de dol. l. 1. §. secundo loco verb. inverecunde, de postuland. & si vel in judicio vel extra judicium quis aliter faciat, injuriarum tenetur, l. si non conviciat. §. ubi Dd. C. de injur. Wormbl. 1. obs. 17. tit. 46. Cothman. 2. res. 59. n. 62. & seqq. ubi n. 65. dicit; imò talem in judicio factam injuriam crescere & pro atrociori haberi, ut dolo facta videatur, nec dolus ille facile excusetur, Bl. in l. non probasse. n. 3. C. de calumn. Unde tradit Speculator, quod advocatus ab adversario laceratus secure dicere possit: Tu mentiris.

XXXII.

Tum maxime ad convicia personarum perveniri solet, cum causa infirmitas deprehenditur: ut ex Amm. not. Gothofredus ad l. 6. C. de postuland.

XXXIII.

Injuria non fit scienti & volenti. l. 1. §. usque adeo. 5. ff. de injur. l. 1. ff. de action. empti, l. nemo 145. ff. de regulis juris, cap. scienti. 28. eod. tit. in 6. Aristot. lib. 5. Etbic. cap. 9. & 11. S. Thom. 2. 2. q. 59. art. 3. Sot. lib. de justit. 3. q. 3. art. 3. Padil. per text. ibi in l. cum donationis. C. de transactionibus. Menoch. consil. 98. n. 39. cum seqq. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 275. Surd. decis. 194. n. 1. Sebast. Nav. ad l. 1. n. 15. ff. de injur. Joseph. Sesse Aragon. decis. 189. n. 15. Cax. Angel. de contradict. legit. 9. 10. n. 66. & n. 97.

Ratio est, quia injustitia non fit nisi ei, qui ab alio illam patitur, l. 3. princip. & §. 1. ff. de injur. nec enim potest ab aliquo sibi ipsi fieri, secundum S. Thom. 2. 2. q. 58. art. 2. non obstante text. in cap. quod verò 25. q. 2. ibi: injuriam mihi facio, quia intelligitur per indirectum, & retorqvutionem, secundum Archid. & alios ibi, plane sciens, & consentiens non patitur ab alio, quia de natura patientis injustitiam est, quod resistens & invitus patitur, sicut de natura agentis, quod sponte agat, ex Aristot. & Sot. ubi supra. & ita qui consentit, potius ex se sponte agit, quam ab alio patitur, & consequenter eidem non fit injuria, nec injustitia. [injuria enim]

plerumque invitis nobis fit. l. cum donationis. 34. Cod. de transact. non ubi scientia & consensus intervenit. Henon. ad l. 145. de R. I. disp. 11.

Limita: non procedere ubi de honestate agitur, quia tunc bene fieret injuria, ut tenet Bald. in l. 1. §. usque adeo. ff. de injur. & l. 3. §. si quis volentem. ff. de lib. hom. exhibendo. vid. l. 7. Cod. ad L. Jul. de adult. l. 15. §. 24. de injur. Wesemb. de adulter. n. 7. & ibid. Bachov. sed ibi vox injuria materialiter sumitur pro ignominia. Angel. in §. sancimus per ill. text. in Auth. de Lenon. Ludov. Gomez. ad §. penales. Instit. de act. n. 32.]

XXXIII.

Injuria inde nasci non debent, unde jura nascuntur, l. meminerint. 6. C. unde vi cap. qualiter & quando 17. de accusariis. Aym. de antiquit. tempor. p. 1. cap. 2. ampl. 13. n. 10. cum seq. [Ludov. Gomez. in Comment. Instit. §. maleficiis de act. num. 5. quod toties fit, quoties homines mala interpretatione juribus ad injurias suas tendendas abutuntur, ut conqueritur Justin. in Novell. 160.]

CAP. LXXXII.

De Innocentia.

Axioma I.

Innocentia nullo modo puniendi l. absentem 5. in pr. ff. de pen. satius enim esse ait Ulpianus ibid. impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem damnari, cum exemplo grave sit latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. l. 2. C. de his qui latron. vel al. crim. reos occulti. Oldendorp. 2. Consil. Marp. 2. n. 5. Imò Judex ipse ex officio pro defensione rei laborabit. l. si non defendantur. 19. ff. de pen. l. 1. de quasi. Auth. qui semel. Cod. quom. & quando, judex. Pannorm. in c. veniens. n. 19. & 22. de accusat. cum publice interfit innocentes defendi. l. servum 33. §. publice. 2. ff. de procur. Matth. Wel. 1. consil. 43. n. 179. non detrimentis affici. l. 2. §. fratris, ne quis aliq. test. l. si fratres. 53. §. fin. ff. pro soc. l. si is cum quo 20. commun. divid. l. id quod nostrum. 11. ubi Cagnol. n. 2. & 14. de R. I. Bald. in l. si constante, in fin. C. de donat. ant. nupt. Arcet. consil. 71. diligenter in 3. dubio. Dec. consil. 107. Jaf. in l. servi electione. §. Labeo. n. 15. cum seqq. de legat. 1. l. 2. l. ult. n. 3. C. si contr. jus vel utilit. publ. Geminian. in c. si sententia. §. 1. n. 5. & 6. de sentent. excom. lib. 6. Salicet. in l. jubemus. 2. n. 1. C. de SS. Eccl. Zabarel. clem. 1. §. terra. n. 29. de pen. Wesemb. 1. consil. 45. Unde etiam in favorem innocentiae sepiissime à regulis juris receditur, Hyppolit. de Marfil. in l. 1. §. si quis ultro. n. 98. & seqq. ff. de quest. & in pract. crim. §. oportundè, n. 7. Dan. Moller. ad consil. Elect. 23. n. 13. pag. 4. Carpt. p. 1. Consil. 12. Desin. 15. n. 4. & in

et in pract. crim. part. 3. quæst. 15. num. 74. cum seqq. Ita pro rei innocentia & defensione unico testi etiam singulari plena fides adhibetur. Jaf. in rubr. de jurejur. n. 8. quem sequitur Wefemb. i. consil. 19. n. 21. Egid. Boff. in pract. crim. tit. de defens. reor. n. 10. Gabr. comm. concl. lib. 1. tit. de testib. concl. n. 37. Regner. Sixtin. 2. Consil. Marpurg. 16. n. 69. Ita quando de rei innocentia agitur in criminalibus, testibus tam negantibus quam affirmantibus creditur. Bertrand. consil. 189. col. 2. vol. 1. Ludov. Roman. in l. illa col. pen. ff. de V. O. Hyppolit. de Marsil. sing. 541. Roland. à Valle consil. 93. in causa de qua agitur, num. 9. lib. 4. etiam si de credulitate deponant. Gabr. Sayna in addit. ad Matheylan. sing. 37. n. 12. Hyppolit. de Marsil. consil. 24. Munda cor meum, n. 33. idem tenent Bald. & Salicet. in l. non solum. C. de test. Alex. consil. 76. Vsa inquisitione, lib. 1. n. 5. Jaf. in l. ut vim. ff. de Just. & Jur. n. 4. ita pro ejus innocentia & domesticis testes admittuntur. Jaf. in d. l. ut vim. n. 5. Angel. in pract. crim. verb. ut doctus Titius se defendendo, n. 18. Johan. de Anania consil. 59. visa inquisitione in pr. & quivis alii minus idonei arg. c. litens. 14. de præsumpt. Hostiens. in summa de accusat. rubr. de inquisit. col. 3. vers. sed nunquid infamatus. Bald. Salicet. & Dd. in l. parentes, C. de testib. Joh. de Anania d. consil. 59. in pr. atque hanc sententiam tum æquam, tum etiam communem esse dicit Anton. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 12. n. 23. imò & suspectis testibus in criminalibus pro innocentia rei credi post Jaf. & Cravett. tenet Wefembec. Consil. 19. num. 13. quapropter auctore in probatione deficiente innocentiam juramento purificationis probari defendit Hostiens. in summa de purgat. Canon. n. 3. per cap. fin. de jurejur. ibique gloss. verb. probationum, & in terminis actionis injuriarum l. furti. 6. §. qui iussim. 4. ff. de his qui not. infam. ibiq. gloss. verb. innocentiam. l. non damnatos. 18. C. eod. vid. l. presenti. 6. §. 4. vers. sicut C. qui ad Eccles. conjug. Gilman. 2. 2. vol. 11. n. 4. Quo fit, quod nec statuta exceptionem innocentia: expresse, multo minus tacite (cum juris naturalis sit) tollere possint. Clem. Pastoralis §. uti igitur de re judic. l. unius. 18. §. cogniturum. 9. ff. de quæst. Bald. in l. unic. C. de confess. num. 27. Et in l. 1. num. 3. ff. ne quis eum, qui in sua voc. Paris. consil. 2. n. 155. vol. 4. Gail. 2. de P. P. c. 8. num. 5.

II.

Innocens est is, qui ignorat, quod noceat. Can. innocent. 23. caus. 22. q. 5. Non tamen innocentia semper eadem, sed tres ejus gradus sunt: (1.) malum non facere, (2.) facientibus non consentire, (3.) fortius malum avertere can. ita plene, caus. 23. q. 4. cap. tria sunt cum seq. dist. 45. Gail. 1. de P. P. cap. 1. n. 48.

III.

Innocentia probatur præsumptionibus & conjecturis. Hyppol. de Marsil. consil. 51. n. 54. qualis est, non aufugere cum quis potest. Fr. Burfat. Consil. 215. n. 54. item præsentatio spontanea & conscientia alacris, Decianus Consil. 92. vol. 2. num. 114. seqq.

IV.

Probatur Innocentia etiam uno teste & semiplena aliâ probatione, & in eâ deducendâ testes consanguinei alique inhabiles admittuntur. Mevius consil. 83. n. 58.

CAP. LXXXIII.

Innovare, Innovatio.

Axioma I.

Innovare aliquid non dicitur ille, qui utitur veteri possessione. Innocent. in c. à memoria. l. lit. pendet.

II.

Innovatio seu confirmatio actus nec novum jus conferre, nec vetus tollere potest, c. quia intentionis. 29. de privil. sed antiquum conservat. c. cum dilectus. 4. de confirm. util. vel inutili. Gail. 2. obs. 1. n. 3.

III.

Innovari nihil debet inter Actorem & Reum lite pendente, ne quis jure suo sine sua culpa privetur. Ungepauer ad Tit. decret. ut lit. pend. nihil innov. n. 1. Carpz. Defin. Consil. Lib. 2. tit. 18. Defin. 287. n. 12.

CAP. LXXXIV.

De Inopia.

Axioma I.

Inopia & paupertas debitoris inanem constituit intentionem, l. nam is nullam. 6. de dol. Mey. P. 1. dec. 31. n. 8. p. 6. dec. 8. n. 1. Hæc regula ut penitus intelligatur, notandum inopiam debitoris dupliciter posse considerari, (1.) ratione rei quæ debetur, quod scilicet ipsa species, quæ est in obligatione, deficit, (2.) ratione personæ debitoris quæ solvendo non est: prior omnino perimit vinculum obligationis, posterior non tollit jus agendi, sed impedit effectum plenariæ executionis arg. l. ubi Donell. C. si ceri. pet. vid. pl. infr. de paupertate.

II.

Ad inopiam vergente marito mulier dotem & donationem propter nuptias petere potest. Rittershus. ad Novell. pag. 259. num. 4. unde autem æstimetur ad inopiam vergere, vid. ibid. n. 5.

CAP. LXXXV.

De Inquilino.

Axioma I.

Apud Inquilinum si quis denunciatione, sive arrestatione, sive interdictione sua hoc effecerit, quò minus hic domino eidemq. locatori ædium pensionem præstaret, ei, qui suâ denunciatione præstationem pensionis impedivit, hæc poena irrogatur, ut locatori domus omne damnum, quod inde emerferit, refarcire cogatur, periculum pecuniæ ad ipsum pertineat, & pecuniæ usuras trientes præstet à tempore interpositæ denunciationis,

nis, interdictionis atque impedimenti. Nov. 88. aurb. sed jam cautum est & l. penult. Cod. de pos. Rittersh. ad Nov. pag. 140. n. 2. seqq.

II.

Inquilini emigrantis persona arrestari potest, donec pensionem solvat. Carpoz. P. 1. Const. 30. Definit. 18.

CAP. LXXXVI.

De Inquisitione.

Axioma I.

Inquisitio loco accusationis succedit, c. qualiter. 24. de accusat. Bart. l. 2. §. si publico de adulter. l. infamem notat. 8. de publ. judic. Solennitas enim eadem requiritur in inquisitione, quae accusatione, cap. qualiter. 17. cum seqq. & d. c. 24. de accusat. cum surrogatum sapiat ac retineat naturam ejus cui surrogatur, l. si cum 10. §. qui injuriarum. 12. ubi gloss. verb. danda. ff. si quis caut. Unde & Exceptiones, quae accusationi ineptae vel minus solenniter institutae recte opponuntur, similiter valent etiam adversus inquisitionem. Chilian. in pract. c. 2. n. 4. per Speculat. tit. de inquisit. §. viso igitur vers. hoc autem scias. & Bart. in d. §. si publico vers. quaro utrum contra judicem & d. l. infamem de publ. judic. l. libertorum. ff. de accusat. Ideoque ut in ea ordinarius processus est observandus. 3. C. ubi Dd. de accusat. ita & in inquisitione c. ult. ubi Hostiensis, Panorm. & Dd. ut lit. non contest. imprimisque copia indiciorum ac fama reo est facienda, ut de iis se purgare vel interrogatoria opponere articulis possit. Angel. in pract. crim. verb. fama publ. Bart. & Dd. in l. ult. de quest. Barbat. consil. 47. lib. 1. & testes in ejus praesentia jurare, sicut alii debent, Boer. decis. 309. n. 4. vers. debere jurare in praesentia, alioquin processus inquisitionis nulliter instituitur, neque reum praegravat, cum inquisitio formata sine indicibus & probationibus & sententia subsequuta pro nulla habeatur. Angel. de Malefic. in verb. haec est quaedam inquisitio. num. 30. Marfil. in pract. §. constante. num. 33. Boff. in tit. de Inquisitione. num. 21. Clar. in pract. §. fin. quest. 2. vers. ad formandam. Menoch. 2. arb. jud. 1. quest. 78. num. 1. Cephal. consil. 204. num. 18. & consil. 206. n. 21. lib. 2. Roland. à Valle cons. 96. num. 1. & seq. lib. 4. Farin. 1. consil. 86. num. 61. dato etiam, quando consuetudo esset in contrarium, Chilian. in pract. c. 2. de Inquisit. num. 1. 2. 3. 4. per l. severiter. 14. de Excus. tutor. Clem. 1. §. verum quia. de haeret. Angel. in l. si vacantia. Cod. de bon. vacant. l. 10. §. oportet in Aurb. ut jud. sine quoque suffrag. Card. Zabarell. clem. 1. vers. quarto quaro. de offic. ordinari. Bart. Bald. in l. prolatam. 3. 4. C. de sentent. idem Bald. in Aurb. generaliter. C. de Episc. & Cler. Wesemb. 2. consil. 98. num. 7. Quo fit, quod ad inquisitionem formandam, si non prius diffamatio & legitima indicia procedant, iudex procedere non possit. Bald. in cap. licet undique de offic. ordinari. Jas. in l. si sic legatum. num. 25. de legat. 1. Dec. in c. dilecti. de judic. Plot. in l. si quando n. 635. C. Unde vi. Gandin. in tract. malefic. sub rubr. de quest.

in fin. Lud. Cat. inter consil. crimin. advers. consil. 99. colum. 1. & 2. Riminald. consil. 105. num. 2. Adeo ut etiam locum habeat, si statutum iudici procedendi liberum arbitrium super crimine tribueret. Rubin. consil. 147. num. 1. lib. 5. quanquam, si princeps causa cognita nullam habitam inquisitionem mandaret, secus dicendum foret. Bald. in l. nullus per ill. text. C. ad L. Jul. Majest. Dec. consil. 175. num. 3. & consil. 256. in fin. quod verum, intelligit Alex. consil. 180. num. 11. quando Princeps ex suo motu proprio procedi mandat, secus si ad iudicis postulationem, vel quando Princeps clare asserit ad sui notitiam pervenisse, illum inquirendum deliquisse, quem sequitur & Menoch. 1. arb. jud. 9. 78. Sic & damnatum ex inquisitione infamem effici post Bart. in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infam. notat. Cornel. consil. 42. vol. 1. col. 2. vid. Canteran. crim. quest. 9. n. maxime si causa sua natura esset infamatoria, ex qua proceditur. l. 22. ff. de his, qui not. infam. quamvis gloss. contrarium tenere videatur in l. fin. in verb. ob negligentiam. C. de suspect. tutor. cujus opinionem juxta Abbat. in rubr. de judic. num. 7. communem dixit Hieronym. de Caval. p. 2. quest. pract. comm. opin. quest. 430. vid. Boeckel. in tract. de publ. judic. disquis. 2. n. 9.

Declarationis tamen loco observabis, de jure quidem Canonico omni subducto crimine medio inquisitionis procedi posse, gloss. in c. infames. 6. quest. 1. cap. 1. ut Eccles. benefic. sine dimin. Berber. in prax. aur. p. 4. n. 128. vid. tamen Laur. Tennin. in tract. cautel. caut. tit. 6. n. 5. cum seqq. cum de Jure Civili regulariter per inquisitionem (ut detegantur facinorosi) non fiat processus, l. §. si publico. §. ff. ad L. Jul. de adult. Bart. in l. congruit. ff. de offic. Praesid. Caval. d. pract. quest. comm. contr. comm. p. 2. q. 430. Hypopolit. consil. 110. n. 17. Unde eam odiosam, quia venit contra Regulas juris, vocavit Blarer. consil. 332. post med. vers. est verum, lib. 3. vid. Tusch. super hoc vocab. concl. 175. nisi in casibus à jure expressis, arg. l. credendum, 4. ff. qui per. tut. arg. l. 1. & 3. ff. de suspect. tut. boni tamen publici gratia, l. 1. in pr. ff. ad Scit. Syllan. odio criminum atrocissimorum, l. si quis. 5. C. de Episc. & Cler. l. 4. §. mandati. ff. ad L. Jul. pecular. & delictorum magnitudine. Bart. in cap. ad reprimendam. 8. n. 41. de offic. jud. ordin. jure locum habere, testis est Speculator tit. de inquisitione. §. 2.

II.

Quodcumque delictum ullà ratione laedit publicum, de eo processus inquisitionis formari potest, quia inquisitio tendit ad conservandum interesse publicum, ut malis hominibus respublicae purgetur. l. congruit. 13. ff. de offic. Praesid. Exempla per omnia praecepta decalogi refert Brunnem. in Process. inquisit. cap. 5. per tot.

III.

Judex incurrit poenam, si non inquirat in delicta publica, & de Syndicatu tenetur, imò litem suam facit. Brunnem. C. de smtor. n. 2. Paris de Syndicat. in verb. Negligentia. Ziegl. in Jur. Cas. non. pag. 908.

IV.

Inquiſitio vel generalis eſt vel ſpecialis Mev. Conf. 74. n. 21. Brunnem. in Proceſſ. Inquiſit. c. 2. n. 4. ſeqq. illa eſt, per quam inveſtigatur corpus delicti. Mev. Conf. 74. n. 1. & ad eam iudex ex conjecturis procedere poteſt. Mev. Conf. 72. numero 7.

V.

Inquiſitio incerta minime admittenda, ſed pro nulla reputanda. Bald. conf. 259. n. 2. lib. 1. Jaſ. in §. curare. num. 17. Inſt. de action. Marant. in ſpecul. tit. de inquiſit. n. 37. Farin. 1. conf. 86. n. 59.

VI.

Inquiſitionis defectum non ſupplet vera confeſſio. Bald. poſt Innocent. in l. 1. n. 30. C. de confeſſ. quem allegat Fulgoſ. in l. 1. n. 3. in fin. ff. eod. & in l. ſi confeſſus. num. 2. ff. de cuſtod. reor. Lanfranc. in cap. quoniam contra. verb. confeſſio. num. 21. extr. de probat. Farin. 1. conf. crim. 86. numero 61.

VII.

Inquiſitionem non ſupplet denunciatio. Farin. d. conf. crim. 86. num. 52. quia ex ea non inducitur diverſus ac ſeparatus procedendi modus, ſed tantum iudici aperitur via ad inquirendum & inquiſitionem formandam, & ita in praxi ſervari tradit Angel. de maleſic. nec non ad denunciationem. n. 4. verſ. praterea dico. Papiens. in pract. §. fin. q. 7. in pr. & verſ. quæro.

VIII.

Inquiſitio formari non poteſt, ubi non adeſt delictum. Farin. 1. conf. crim. 70. n. 7. Alberic. in l. prator. §. praterea. ff. de injur. Marſil. conf. 128. n. 25. Riminald. conf. 327. num. 29. lib. 3. imò inquiſitionem corrumpere, ubi crimen non eſt punibile, conſtituant Marſil. in pract. crim. §. conſtante in fin. & conf. 128. n. 5. Pariſ. conf. 171. n. 27. in quarto. Dominic. Ludov. Cat. conf. 99. n. 12. conf. crim. Bertazol. 1. conſult. decif. conf. 45. num. 1.

CAP. LXXXVII.

De Inſcriptione.

Axioma 1.

In opere publico munificentia ejus qui pecuniam legavit ad id, non nomen ædificantis vel alterius ambitioſi inſcribi debet. l. 4. in fin. de admin. rer. ad Civit. pertin. Et, ſi ædificia reparentur, non nomina & inſignia Renovatorum ſed primorum autorum ſunt aſſigenda l. 16. in fin. de Uſufr. leg. Perez. C. de admin. rer. p. n. 7. vel Principis l. 3. §. 2. ff. de oper. publ. vid. Perez. C. de diverſ. præd. urban. n. 6.

II.

Nemo gaudet privilegiis cohortalium, ſcholarium &c. niſi Matriculæ prius inſcriptus fuerit l. 10. C. de cohort. & Princip. Brunnem. C. eod. Col. 3. quamprimùm autem quis inſcriptus eſt, Privilegiis ſtatim gaudet, non demum ſi aliquandiu in officio ſe bene geſſit. Brunnem. ibid. Col. 4.

III.

Inſcriptio in librum civitatis publicum fit ſalvo jure tertii. Mev. Conf. 7. n. 57.

IV.

Inſcriptio Clavicularia die heimliche Klage

apud Stetinenſes uſitata explicatur à Mev. Conf. 62. n. 33.

V.

Inſcriptio ab accuſatoribus olim fieri debuit & ſimilitudine ſupplicii eos obſtrinxit, quod hodiè paſſim à foro receſſit. Ziegl. Jus Can. p. 905. 907.

CAP. LXXXIIX.

De Inſeparabilibus.

Axioma 1.

Inſeparabilium inſeparabile eſt iudicium. Alvorat. in cap. un. §. ſi quis de manſo. 5. n. 5. ſi de inveſtitur. feudi. 1. feud. 4. Weſenb. 2. conf. 69. n. 17. hinc qui rem ab aliâ inſeparabilem emit, tenetur vel alteram etiam emere vel rem eam reſtituere. Brunnem. ad l. 7. C. de agric. & cenſit. numero 4.

II.

Quæ inſeparabilia ſunt, ea nec caſſari queunt. l. ſi mulier. 50. §. ex aſſe ff. de jure dot. Weſenb. 1. conf. 8. n. 20.

CAP. LXXXIX.

De Inſignibus. vid. Rubr. de Imaginibus.

Axioma 1.

Inſignia in Curia aliſque locis publicis, an deſen Thoren/Kirchen/Rathhäuſern depicta probant jurisdictionem dominorum. Weſ. Conf. 21. n. 89. & in mag. Cod. ut nemo priv. tit. præd. in Eccleſiis verò inſculpta arguunt jus patronatus. Menoch. L. 3. præſ. 130. n. 31. & L. 2. præſ. 59. n. 2.

II.

Moris eſt inter nobiles, ut ultimo familiæ maſculo deſuncto inſignia frangantur ſimulque cum eo ſepeliantur, daß der Schild und Helm des Geſchlechts zerbrochen und mit ihm begraben werde. Wehn. obſ. Pract. verb. Helm un Schild.

III.

Inſignia officii poteſt portare qui habet officium. L. 1. ff. de offic. proconf. hinc inſignia Doctores vel militiæ non poteſt ferre qui non eſt doctor vel miles. Bart. de inſign. & arm. col. 1.

IV.

Inſignia reorum criminis læſe majestatis ubicunq; depicta in perpetuam ignominiam tolli & deſici ſolent. L. 24. ff. de pen. Gail. Lib. 2. de P. P. cap. 6. n. 34. Schneidev. in §. 12. Inſt. de action. n. 22.

De inſinuatione donationis vid. donatio.

CAP. XC.

De Inſolito.

Axioma 1.

Inſolita ſunt, de quibus cogitari non potuit, ſed quæ præter opinionem ex caſibus de novo evenientibus oriuntur Mev. P. 5. dec. 118. n. 4.

II.

Quod inſolitum eſt, licitum non eſt, & e contrario quod ſolitum etiam impunitum. Joh. Baptiſt. Cuccialup. in tract. de ludis. q. 17. num. 72.

Conf. Arg. 1. conf. 2. n. 138. & dolus præsumitur in eo, qui consuetum quid agit. Perez. C. de cursu publ. num. 9.

III.

Insolita non veniunt in dispositiones, l. si merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat. fac. l. fistulas. 78. §. frumenta. 3. ibique gl. ff. de contr. empr. Bald. in l. à procuratore. Cod. mandat. Zas. in parat. ff. si quis caut. in jud. fist. n. 9. Ex his enim quæ præter morem sunt fraudem argui, ex l. quæ sub conditione, 85. ff. de condit. instit. colligit Oldend. class. 1. act. 2. vid. Cravett. conf. 477. n. 6. vol. 5. Ex insolito actu dolum præsumi scripserunt Aym. conf. 321. n. 3. vers. præsumitur contra eum & conf. 100. post n. 5. vers. itaque ex actu ita insolito. Guid. Papa in tract. de presumpt. n. 27. vers. & insolitis. Mascard. 2. de probat. concl. 815. num. 40. in fin. & 42. Curt. conf. 74. col. antepen. sicut nec contra dolum præsumi in eo, qui actum solitum facit, ex l. quid sit. 17. §. apud Labeonem. 12. ff. de edil. edict. affirmant Bart. in l. si pignore. §. fin. in pr. ff. de pignorat. act. quem sequitur Marfil. conf. 90. num. 12. & conf. 100. n. 12. & Alberic. in l. dolum vers. idem si facit. C. de dolo. ita ex nimia & insolita cautela dolus & fraus præsumitur. Bald. in l. testamentum. n. 3. vers. quandoque tamen. C. de testam. & conf. 75. n. 2. lib. 2. Castr. conf. 337. primo queritur. col. 1. post n. 20. vers. quarto præsumitur fraus. lib. 1. Crat. respons. 53. numer. 10. l. 1. Curt. jun. consil. 78. numer. 13. p. 2. maxime si plures simul junctæ fuerunt. Bene. conf. 72. n. 26. vol. 1. Vultej. 3. conf. Marp. 37. n. 162. inde & insolite clausulæ omne negotium actumque omnem reddere suspectum. can. quisquis. 1. distinct. 41. Bald. in l. si quis 7. ff. de condit. instit. & lib. 2. F. tit. 27. in pr. n. 8. ibidemque. Matth. de simulat. contract. n. 18. vers. nona presumptio add. Menoch. de presumpt. lib. 3. pres. 122. n. 67. Bocer. de investit. feudi. cap. 4. n. 21. Tiraq. de retract. convent. in presat. n. 71. suspicionemque parere dicuntur. Cravett. conf. 355. num. 10. & conf. 494. n. 25. vol. 3. Joh. de Sele Regni Aragon. decis. 118. num. 17.

Limita: Cives collectis insolitis onerari possunt ob imminentem necessitatem Brunnem. ad l. 2. C. de immun. nem. conced. in fin.

IV.

Insolita pacta probanda sunt ab eo, qui pacta insolita allegat. Jacob. de S. Georg. in §. qui quidem investiti. n. 65. vers. in dubio. Pacian. conf. 104. n. 5.

CAP. XCI.

DeInspectore, Inspectione.

Axioma I.

Si cuius bona professione facta sunt sterilia, ut iis frui nequeat, eo casu inspector mittendus, qui censum emendet prædiis inspectis, item qui referat quænam prædia sint male censa, quæ facta sterilia &c. Perez. ad Cod. de censib. & censitor. & peragator. & Inspector. n. 6.

II.

Inspectio cadaveris spectat ad corpus delicti indagandum. Clafen. ad ordin. Crim. p. 642. adeoque si ea omissa fuerit, poena ordinaria adhiberi nequit, quæ verò ad talem inspectionem requirantur, vid. Carpz. Pract. Crim. P. 1. q. 26. n. 31. seqq. Clafen. d. l. p. 643. seqq.

CAP. XCII.

DeInstantia Logica.

Instantia data corrumpit argumentum. c. venerabilem. 34. ubi præcipue Bald. extra de Elect. Bart. in l. interdum in pr. ff. de condit. in deb. Farin. 1. conf. crim. 50. n. 40. Unde ad tollendam consequentiam sufficit etiam uxam Instantiam dare, cap. sicut urgeri. 1. q. 1. Crot. in l. Gallus. §. & quid sit. col. 37. ff. de liber. & posth. Pacian. conf. 33. numero 15.

Quod verum intellige, quando instantia est super ratione illius, de quo quaritur. Jas. in l. creditor. col. fin. ff. de oper. nov. nunc. Alciat. in l. credit. autem verb. similis. ff. de P. S.

CAP. XCIII.

DeInstantia judiciali.

Axioma I.

Instantia finita finitur iudicis officium, l. 4. C. de pos. per ea quæ allegat Bald. in l. litigator. n. 5. in pr. & l. judex. de re judic. Wesenb. 1. conf. 6. n. 114. Hinc instantia perempta omnia acta perire dicuntur. l. cum lite mortua ff. judic. solv. Dec. in l. 2. C. de edend. n. 53. Ruin. conf. 69. n. 5. lib. 1. Socin. jun. consil. 132. n. 2. lib. 2. Bald. in l. 2. n. 5. in fin. C. 2. de formul. sublat. l. C. de fructib. & lit. expens. Gail. 1. obs. 67. n. 3. Vult. 1. conf. 15. n. 20. Intellige verum de iudicis ordinariis, non vero decisorii, ut sunt dicta testium. Bart. in d. l. cum lite. n. 5. Abb. in cap. causam 1. de testib. Ruin. d. conf. n. 5. Menoch. de recup. process. remed. n. 230.

II.

Instantia perempta vitium legitimos non attenditur, l. 2. ibi lite nihilominus. C. de litigios. Bart. in l. 1. §. fin. ff. cod. DD. in l. postquam liti Cod. de patl. l. cum motu, C. de transact. Natt. conf. 2. cum aliis auctoritatib. in hanc sententiam adductis per Cravett. conf. 279. Cacheran. decis. 144. Tob. Non. conf. 78. qui loquitur de instantia per sententiam peremptam, etiam in casu, quod de executione ejusdem sententiae etiamnum disceptatur, vid. Hartm. Pistor. 1. quæst. 40. n. 14.

III.

Instantia prima nemini adimenda. Carpz. Proc. Jur. Tit. 3. art. 4. n. 71. ei tamen renunciari potest, Mev. P. 2. dec. 376. n. 7. Eamque non opponens tacite jurisdictionem prorogat. Mev. ibid. num. 9.

IV.

Instantiæ peremptio hoc tantum efficit, ut acta illius litis circumducantur, non etiam ut ipsa causa live effectus pereat. Carpz. L. 3. tit. 4. Resp. 36. num. 12.

V.

Instantia causa principalis triennio finitur, l. properandum. 13. in pr. Cod. de judic. & Censitor. & intellige in civilibus, secus in criminalibus, cum in

in his biennii spatio pereat, d. l. 13. in fin. l. fin. C. ut intr. cert. temp. crim. qvæst. termin. de qvâ vid. Gram. vot. 31.

Amplia primo, qvò procedat non solum in causis, qvibus non modo per viam actionis vel accusationis, verum etiam ubi per inquisitionem proceditur. Bald. in d. l. properandum, pr. col. 3. incip. Tunc instantia.

Amplia secundo in causis, qvibus per officium iudicis procedi solet, cap. venerabilis de iudic. qv. nimo & in causis executivis & instrumentalibus, qvibus executio parata est, locum habere perhibent Roman. conf. 174. Socin. conf. 95. vol. 1. Felin. in d. c. venerabilis, in fin. Alex. conf. 50. vol. 2.

Amplia tertio, obtinere non tantum coram iudice ordinario, verum etiam delegato, d. l. properandum, ibi sed omnes iudices. An & coram arbitro, vid. Marant. de ord. iudic. p. 5. n. 10.

Amplia quarto, procedere etiam si litigator pendente lite moriatur. l. heres absens, l. si petitor. l. si qui Roma, ff. de iudic. l. si cum hominem ibique Bart. & Joh. de Imol. ff. de fideiuss. Maria. Socin. in cap. qvâ V. de iudic.

Limita primo, axioma verum esse de iure civili, non vero Canonico, ut qvæ vigore illius nunquam pereat. Panorm. & Dd. in c. venerabilem & c. fin. de iudic. Alex. conf. 23. col. 1. vol. 3. Diaz. reg. 228. Sebast. Vant. in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iurisdic. & und. ac qvib. mod. n. 126. Eman. Soarez. in suis commun. concl. tit. 1. n. 113.

Limita secundo, non procedere quando causa ventilatur in consistorio Principis. Bald. conf. 217. col. fin. vol. 3. per Auth. sed lis. C. de temp. appellat. vid. tamen Matth. de Afflic. conf. Neapolit. 283. his addi possunt & ex qvas adducunt Robert. Marant. d. p. 5. d. ord. iudic. & Laurent. Tennin. de Rodolph. in tract. cautel. caut. 18. n. 5. ubi vid.

CAP. XCIV.

De Infitore.

Axioma I.

Quousque quis Infitorem præposuit negotio, eousque etiam ejus factum præstare tenetur, qvâ præpositio dat legem contrahentibus l. 1. §. 12. ff. de exerc. act. Non igitur tenetur qui aliquem præposuit frumento emendo, si hic etiam emat vinum. plura vid. in d. l. 1. §. 7. & 12.

II.

Quoties infitor simpliciter contrahit, toties acquirit præponenti.

Ratio, qvâ unusquisque ita contraxisse præsumitur, sicuti contrahere debebat.

Limita: ut procedat, modò alter contrahentium sciverit ipsum ab alio mandatum habere; sic enim infitor, etiam si tacite sibi acquirere velit, nihilominus acquirit præponenti, uti intelligenda l. 13. ff. de donat. qvâ propositum in mente retentum nihil operatur l. 7. C. de Condict. ob caus. dat. Et plus valet qvò agitur qvàm qvò simulatè concipitur. Rubr. Cod. plus valere qvò ag.

III.

Quoties infitor expressè suo nomine contrahit, toties principali non acquirit, sed nihil agit l. 37. §. fin. ff. de A. R. D.

Ratio: qvâ multa expressa nocent, qvæ non expressa non nocent; procurator igitur, dum sibi non potuit, mihi verò noluit possessionem acquirere, nihil agit. Ita ergò si procurator à me missus, ut sibi meo nomine rem tradi curet, & Procurator suo nomine tradi sibi petat, nihil agit. d. l. 37.

IV.

Infitor generale habens mandatum potest per chirographum obligare dominum; non verò minister aut scriba. Stracha de mercat. tit. mand. n. 4. Literas tamen cambii infitor absque speciali mandato acceptare nequit. add. Joh. Herm. Stamm. de servit. person. lib. 2. c. 19. seq.

CAP. XCV.

De Institutione Heredis.

conf. Tit. de herede.

Non temerè bona nostra relinqvamus iis, qvos suspicamur ea per luxum statim consumptura, nec iis qvos odio prosequimur, sed potius eorum liberis, l. 3. §. de minor. l. 25. C. de inoff. testam. l. pen. si tab. test. nulla extab. ubi Cujac. lib. 6. resp. Papin.

CAP. XCVI.

De Instrumento.

Axioma I.

Instrumentum qvò verbis non dicit nec nos supplere debemus. Bald. in l. lecta in 2. opposit. si cert. per. l. inquisito, num. 2. C. de solut. l. neque C. de probat. Rodolph. col. 2. de rescript. & conf. 297. col. 8. vol. 1. Jaf. conf. 159. num. 2. & conf. 220. vol. 2. Vult. 3. consil. Marp. 31. n. 8. Wesenb. 1. conf. 15. num. 42. & conf. 22. n. 5. Instrumentum enim est stricti juris. Idem, in parat. n. 7. ff. de fid. instrum. Umm. diff. ad process. 17. th. 9. n. 43. Unde dici consuevit, instrumentum qvò non tantar, nec nos cantare debere, ut Gutierrez. 5. pract. qvæst. 62. n. 17. Wesenb. conf. 2. n. 29. cons. 15. n. 7. & 42. cons. 39. n. 5. Pruckman. 1. conf. 14. n. 92. Cothman. conf. 5. n. 68. & seq. ideoque nec extenditur ad res & personas in ea non nominatas. l. ad probationem, 21. ubi Bald. de probat. Bart. in l. admonendi. n. 32. ff. de iurejur. Socin. consil. 39. visis. n. 10. vol. 1. Wesenb. 1. conf. 4. n. 31. qvâ illud solum probat qvò corporis oculis legitur qvòque tenor illius demonstrat, d. l. ad probationem. l. 1. ff. de his qvæ in testam. delentur. Francisc. Bursar. conf. 205. n. 1. nec inter partes creditur, qvò instrumento omisum est. Bald. in d. l. ad probationem. Cravett. conf. 630. n. 2. vers. actum enim. Goedd. 1. conf. Marp. 26. n. 10.

Declaraverum, quando fit super materia stricta veluti transactione & pacto, non etiam quoties apponitur contractui bonæ fidei. VVesenb. 2. conf. 51. n. 56. cum enim instrumentum sit accessio tantum contractus, cui apponitur, l. 4. de pignor. ideoque naturam contractus induere dicitur cui apponitur. 4. ff. de usur.

II.

Instrumentum probatio probata & veritas appa-

apparens dicitur. Bald. in l. Imperator n. 10. ff. de stat. hom. Bart. in l. 1. n. 8. ff. de nov. oper. nunc. Hyppolit. in rubr. C. de probat. n. 3. Joseph. Ludov. decis. 50. n. 5. decis. 26. n. 13. & decis. 82. n. 3. Vult. 3. conf. Marp. 35. n. 60. Dec. in l. cum precibus. C. de probat. Specul. de instrum. edit. §. restat. vers. sed pone. Bald. ad l. quoties. C. de judic. in fin. & ad l. si pupillo. C. de usur. Tiber. Decian. resp. 66. n. 9. vol. 3. & resp. 55. n. 6. vol. 5. Alex. conf. 37. n. 16. vol. 2. Cravett. conf. 10. n. 17. inducit enim rem liquidam & evidentem, prout ajunt Bald. in l. quoties. C. de judic. Alex. conf. 19. n. 5. vol. 2. & conf. 235. n. 5. vol. 6. Paris. conf. 110. n. 95. vol. 1. ac facit rem clarissimam atque apertissimam Jaf. ad l. 1. n. 10. ff. de nov. oper. nunc. Menoch. conf. 7. n. 4. conf. 348. n. 1. Tiber. Decian. resp. 55. n. 6. Carpov. p. 2. consil. 43. de fin. 7. n. 3. maxime in antiquis. Innocent. ad cap. 1. exir. de probat. per e. videtur. exir. qui matrimon. accuf. poss. Joh. Gallien. conf. 2. Feud. varior. n. 6. cum seqq. Johan. Goedd. 3. conf. Marp. 32. n. 202. nec disceptatione fori indiget. Bald. in l. Imperator. col. 1. ff. de stat. hom. Panorm. & Dd. in c. cum olim. de censib. & cap. cum dilecti notat. 1. de donat. Innocent. in cap. ex insinuatione. de appellat. Bart. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testam. aper. Jaf. in l. juris gentium. §. quod fere. n. 2. Angel. in l. inter est. not. ult. C. de solut. Alciat. in tract. de presumpt. reg. 3. pres. 13. n. 7. & seq. Cacheran. decis. Pedemont. 117. n. 1. Joseph. Ludov. decis. Perus. 26. n. 13. decis. 50. n. 5. & decis. 82. num. 3. idemque consulendo ad stipulantur. Decius conf. 36. num. 2. & conf. 118. in princ. Alex. conf. 33. n. 4. vol. 3. Bald. conf. 400. vol. 5. Curt. Jun. conf. 64. n. 4. & conf. 109. n. 20. Cravett. conf. 31. n. 7. Roland. à Vall. conf. 85. n. 38. vol. 1. conf. 6. n. 18. conf. 57. n. 4. vol. 3. conf. 47. n. 13. & conf. 49. n. 4. vol. 4. Decian. conf. 66. n. 59. & seq. vol. 1. conf. 72. n. 4. vol. 2. Burlat. conf. 82. n. 10. vol. 2. Cephal. conf. 218. n. 1. vol. 2. quapropter instrumenta notorium inducere responderunt Bart. in l. 1. in pr. n. 8. ibidemq. Jaf. n. 20. de nov. oper. nunc. Menoch. de recup. poss. remed. 1. n. 23. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 106. n. 19. Bald. in l. Imperator. col. 2. ff. de stat. hom. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gl. 1. n. 20. Natt. conf. 51. n. 9. vol. 1. Purpurat. conf. 490. num. 1.

III.

Pro veritate instrumenti semper præsumitur. 1. cum precibus. 18. C. de probat. l. desiderium. 7. C. de positi. c. cum dilecto. 6. exir. de donat. c. licet. 9. exir. de probat. Novell. reg. 120. Roland. à Vall. conf. 9. n. 15. conf. 61. n. 28. vol. 1. conf. 85. n. 37. & seqq. conf. 89. num. 1. eod. vol. conf. 40. n. 7. conf. 58. n. 6. conf. 63. n. 1. lib. 4. & conf. 96. n. 17. Anchar. Regiens. quest. 3. n. 16. p. 2. Herculan. in tract. de negativ. n. 150. Cephal. conf. 4. n. 19. conf. 109. n. 5. lib. 1. conf. 287. n. 1. & conf. 261. n. 5. Ludov. decis. Lucen. n. 7. Bart. in l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel. quem sequitur Alciat. conf. 22. lib. 8. Tom. 3. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 8. n. 34. nisi argumentis luce meridiana clarioribus contrarium probetur. d. l. cum precibus. 18. maxime ubi iudex intervenerit. Curt. in tract. de

testib. concl. 42. Salicet. in l. si quis decurio. C. de fals. Sebast. Montic. de inventar. hered. §. 7. n. 31. Thomas Maso. in specul. Notar. publ. specul. 3. n. 23. Ubi enim est instrumentum, illic censetur esse casus Legis, ut ex Bald. tradit Cravett. conf. 31. n. 7. Bertazol. 1. consult. decis. conf. 1. n. 7. Tiraq. in tract. de retract. tit. 1. cap. 2. gl. 1. n. 20. de quo nec dubitandum sicut nec de casu Legis dubitari solet. Bald. conf. 215. col. 2. vol. 2. Roland. à Vall. conf. 57. n. 4. vol. 3. & conf. 46. n. 2. vol. 2. Vult. 3. conf. Marp. 18. n. 84. adeo ut ille, qui instrumentum pro se habet, habere dicatur, Tangere me noli, prout post Baldum perhibent Cravett. conf. 31. in fin. Roland. à Vall. conf. 100. n. 4. vol. 4. Cephal. conf. 109. n. 9. vol. 1. & ad hoc infinita alia accumulatur Tiraq. de retract. consanguin. §. 2. gl. 1. n. 20. quibus assentiunt Schrader. in tract. de feud. p. 10. sect. 12. n. 14. & Wesenb. conf. 34. num. 36. ubi ait, hanc probationis formam, quæ fit per instrumenta publica, probationem esse optimam ac expeditissimam, utpote per quæ probatio in continenti fieri dicatur, cum testium productio moras dilationesque requirat. Bart. in l. ille a quo §. si de testamento. ff. ad S. C. Trebell. Panorm. in c. cum contingat. de offic. deleg. Menoch. 1. conf. 7. n. 4. Unde & is intentionem suam habere fundatam dicitur, qui instrumentum publicum pro se habet. Dec. conf. 307. Socin. conf. 95. num. 16. vol. 3. Roland. à Vall. conf. 61. n. 2. vol. 1. instrumentumque publico creditur, donec contrarium probeatur. l. generaliter. 13. C. de non numer. pec. l. optimam. 14. C. de contrab. stipul. & probat usque dum de defectu solennitatis non opponatur Imol. in cap. cum dilectus. n. 26. in fin. de consuet. Felin. in cap. sicut. de sentent. & re judic. n. 28. Matthæ. fil. sing. 12. incip. nota quod vid. & Gail. 2. obs. 71. n. 6. quoniam Instrumentum non tantum veritatis, sed tres omnino dicitur habere præsumptiones, scilicet quod sit solenne, quod sit verum, & quod sit consensu partium perfectum, gl. in l. juris gentium. §. quod fere & ibid. Jafon. n. 1. de pact. Dd. in cap. ad audientiam de præscript. & præter hos Goedd. 1. conf. 28. n. 48. latè Cothman. 1. resp. 18. n. 2. & seqq. Cotta in memorabil. verb. instrumentum præsumitur. Nevizan. lib. 6. sibi. Nupt. n. 47. vers. item in dubio. Bald. conf. 59. vol. 3. Dec. conf. 36. n. 6. Socin. jun. conf. 189. n. 14. vol. 2. Rol. à Vall. conf. 96. n. 11. vol. 2. Vult. 3. conf. Marp. 21. n. 168.

Declaro primò, procedere dummodo instrumentum habeat sua solennia & sit validum, aliàs secus. Socin. in tract. regular. reg. 351. Roland. à Vall. conf. 63. n. 45. lib. 4. & conf. 55. n. 9. eod. lib.

Declaro secundo, obtinere dummodo contra instrumenta nihil opponatur, secus si opponatur, quia, donec super validitate instrumenti discutitur, instrumentum nullam fidem faciet, prout declarat Ofasch. decis. Pedem. 129. n. 7. & post eum Farin. 1. conf. 11. n. 20. in addit. lit. B.

IV.

Instrumenta de jure communi non habent peratam executionem. Bart. Bald. & Dd. communiter in l. minor. 25. annis cui fideicommissum. in pr. ff. de minor. Alex. in l. si cum Domino. §. eo autem

autem tempore. n. 6. ff. solut. matrim. Boer. decis. Burdegalens. 295. n. 5. p. 5. quamvis juris esse regulam affirmat Menoch. conf. 180. num. 36. vol. 2. atque ex ea infert Burlat. conf. 357. num. 1. vol. 4. Eum qui ex instrumento sive testamento vult agere via ordinaria agere teneri, ac perhibet Coler. process. executiv. p. 3. c. 2. n. 1. illam conclusionem quasi generalem esse, quod obligationes, item instrumenta quantumcunque fide digna regulariter non habeant paratam executionem, sed ab actione, proposito videlicet ordinario libello processus inchoandus sit. per Dd. ibid. allegatos. quibus accedunt Modest. Pistor. conf. 60. n. 32. vol. 1. & Wefenb. conf. 14. n. 55. Ubi ait, iure communi instrumenta non esse guaranteegiata ut illis nihil opponi possit, sed quod admittant quaslibet exceptiones, quibus testes ac alia instrumenta possunt coargui, quod & confirmat Scaccia l. a. de judic. caus. civil. c. 62. n. 1. id etiam de instrumento publico verum esse, & hanc esse communem Dd. sententiam attestantur Roder. Sarez. in l. postrem. judic. tam. verb. secutus vestigia. num. 6. Em. Soarez. in thesaur. comm. opin. verb. testam. Francisc. Borch. conf. 17. n. 2. vol. 1. Tessaur. decis. Pedem. 26. n. 1. inique tantum procedere de iure ait Angelus de Perus. relatus a Coler. dist. loc. ut etiam dixerit esse contra omnia iura mundi, quod instrumenta paratam habeant executionem: hinc ille qui vult agere ex instrumento via executiva, prius probare debet illud instrumentum esse executivum. Bart. in l. Divus. n. 1. ff. de testam. milit. & in l. 1. §. parvi. n. 2. ff. quod vi aut clam. Dec. conf. 10. num. 7. & conf. 458. n. 1. idemque multis comprobatur Sebast. Vant. sub tit. quis possit dicere de nullitate. n. 40. neque enim probat instrumentum antequam de eius iuribus sit discussum. Imol. in l. 1. n. 8. de oper. nov. nunc. & ibid. Jaf. col. 6. & donec disputatur de fide & validitate instrumenti, non potest illud habere aliquam virtutem vel effectum, sed oportet prius esse decusum, validitatem continere, ut virtutem & effectum parere possit. Socin. conf. 97. in fin. vol. 1. Rol. a Vall. conf. 57. n. 30. vol. 3. Cephal. conf. 627. n. 7. & conf. 768. n. 12. vol. 3. Instrumentum siquidem disputabile execut. non meretur ut multis persequ. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. casu 12. numero 4. in fin. & notabiliter ait Coler. de process. executiv. p. 3. c. 1. num. 55. Super Instrumento dubitabili, de quo iudex probabiliter ambigit, an mereatur paratam executionem, consultus esse cessare interim ipsum a precepto executivo, donec super eo audiantur partes, cum talis probatio instrumentalis, super qua denuo inter litigatores disputandum est, nequeat dici probatio in continenti oblata, eodemque faciente tradita ab eodem Coler. p. 4. de process. Execut. c. 1. n. 18. ubi vid. Unde quando statutum tribuit hanc vim instrumentis ut paratam executionem habeant, illud intelligendum erit de instrumentis claris & liquidis, quibus nihil vel in forma vel materia opponi possit. Bart. in l. proinde in fin. ff. ad L. Aquil. Alex. in l. item quia ff. de pact. & conf. 188. col. 2. vol. 2. & conf. 33. n. 7. vol. 6. Socin. sen. conf. 51. col. 1. & conf. 120. col. 5. vol. 1. Ruin. conf. 152. numero 9. vol. 4. & conf. 2. in fin. vol. 5.

Dec. conf. 322. numero 3. & conf. 682. num. 9. Socin. jun. conf. 187. n. 78. vol. 2. Cephal. conf. 204. numero 5. vol. 2. Myns. 2. obs. 6. his add. & relatus a Sigismund. Seacc. d. c. 62. num. 30. ubi vid. pl.

V.

Quacunque scriptura a scribente est recognita, ea dicitur guaranteegiata, quia per recognitionem id, quod in scriptura continetur, fit confessatum & liquidum, instrumenta vero liquida sunt guaranteegiata. Exemplum in Charta blanka recognita habet. Carpz. in Proc. Tit. 22. art. 1. numero 40.

VI.

Quacunque exceptio est peremptoria & in continenti probari potest, illa opponi potest Instrumento guaranteegiato. Ratio: quia ejusmodi exceptio impedit paratam Executionem, ad quam decernendam ex instrumento guaranteegiato oritur. Et exceptio peremptoria tollit actionem, sublata vero actione nemo est condemnandus.

Exempl. tales exceptiones sunt solutionis, compensationis, usuraria pravitas, simulationis, senatus Consultu Macedoniani, Excusationis seu ordinis, Erroris Calculi, non numerata pecunia, implementi non secuti seu contractus non adimpleti. Coler. de process. Exec. p. 4. Cap. 1. n. 48. seqq. Berl. P. 1. Concl. 84.

VII.

Contra Instrumentum non admittitur probatio nisi per instrumentum, non per testes. Amplia: etiam si partim per hos & illud fieri velit. Limita: (1.) nisi probatio per testes principaliter respiciat instrumentum: sed accessorie, veluti si respiciat qualitatem rei contentam in instrumento. (2.) admittitur contra presumptionem resultantem ex instrumento. Acac. Anton. de Ripoll. var. Resol. c. 4. n. 166.

VIII.

Instrumenta debent esse apud eum, ad quem pertinent. l. si quis ex argentariis. 6. §. 5. vers. pertinere ff. de edend. Carpz. p. 2. jurispr. forens. constit. 33. defin. 18. num. 6. confer. l. ult. C. de fid. instr.

IX.

Instrumenti defectus veritatem non immutat. l. 1. l. 4. l. 6. cum sex seqq. C. de fide instr. Wefenb. 1. Conf. 9. n. 29.

X.

Instrumentum ad aliud se referens, absque relati productione nil probat. Auth. si quis in alio. C. de edend. ubi Bald. numero 7. Masc. de probat. concl. 923. numero 1. vol. 2. Vult. 1. conf. Marp. 28. num. 69.

Declaraturum, si nimirum inter alias personas probatio fiat; Instrumentum enim referens se ad aliud inter easdem personas, inter quas confectum est, probat, etiam absque relati productione. l. optimam. 14. in med. C. de contrab. stipul. quin & inter alias personas probat, si continent claram facti narrationem in instrumento relato contentam. Felin. in cap. Epistole verbis. vix. de probat. n. 26. Matth. Berlich. p. 1. concl. 43. n. 14. Matth. Coler. de process. Execut. p. 3. cap. 1. n. 56. & seqq. ubi ponit plures limitationes. Unde & in instrumen-

tis ultima voluntatis aliter rem se habere docet Dan. Moller. *lib. 5. semestr. 84. vid. Carpoz. p. 1. constit. 17. defin. 4. n. 9.* item quando contineret orationem, certam rem & dispositionem plenam, seu id expresse & specificè continet, quod in relato continebatur. *arg. l. 3. C. de fals. Mafcard. d. concl. n. 6.*

XI.

Instrumentum productum in iudicio, censetur per producentem approbatum Carol. Molin. *in consuetud. Paris. p. 1. §. 5. n. 36. Felin. in c. examinata. 15. n. 2. extr. de iudic. Matth. de Afflict. decis. 14. n. 14. Dan. Moller. 1. semestr. 22. nisi producat cum protestatione, se velle eo uti non aliter, quam in quantum pro se faciat. Moller. d. 22. n. 5. Felin. in c. imputari. extr. de fid. instrum. Matth. Coler. de process. execut. p. 3. c. 8. num. 62. Pract. Papiens. in form. product. instrum. §. in illis casibus. n. 1. Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 45. n. 21. Carpoz. p. 1. constit. 17. defin. 7. n. 4. adde in fr. h. ax. XI.*

XII.

Quoties ante litem contestatam admittitur probatio, toties eo tempore etiam admittitur instrumenti productio, quia per Instrumentum etiam fit probatio.

Exempl. sicuti igitur ad Actorem à limine iudicii repellendum admittitur ante litem probatio, admittitur etiam Instrumentum. *vid. Carpoz. in Process. Tit. 14. art. 1. n. 56.*

XIII.

Quicumque in iudicio agit, ille reo omnia instrumenta edere tenetur *l. 1. §. 3. ff. de edend. Quia reo via defensionis non est deneganda; defendere verò se haud posset, si copiae instrumentorum ipsi denegarentur.*

Declaro, ut procedat, quoties reus instrumenta petit ad excipiendum. Secus si ad reconvenendum.

XIV.

Omissa productio Instrumenti nocet, licet sit Instrumentum noviter repertum. *l. 35. ff. de Re Jud.*

Limita: (1.) si sententia lata fuit adversus fiscum eò quod omissum sit Instrumentum in fisci favorem confectum, & culpa illius vel ejus advocati non fuit in iudicio productum; quod si de novo reperiat & producat, jure speciali sententia retractatur ex nudà allegatione intra triennium. *Perez. C. de sentent. advers. fisc. n. 2.* (2.) Sententia ob noviter reperta instrumenta retractatur in causis publicis, Civitatum, Ecclesiarum, privilegiatarum personarum, *Perez. ibid. num. 4.*

XV.

Instrumenta originalia producenda sunt, non Exempla. Hinc sacra probatoria non in Exemplo sed in authentico offerenda, ne dolus vel fraus possit annecti. *Brunnem. C. de divers. offic. col. 4. vid. Covarruv. Pract. quæst. cap. 21. Gabriel. de Parexa de Instrum. Edit. Part. 1. Tit. 1. Resol. 3. §. 3.*

XVI.

Instrumentum non nocet ei, qui se in eo non obligavit. *l. ad probationem. 22. ubi Bald. n. 1. &*

2. C. de probat. Welsenb. 1. conf. 42. n. 40. Unde sicut instrumentum inter alios factum tertio non præjudicat aut nocet, ita nec contra tertium quid probabit aut fidem faciet, ex eadem ratione, quod res inter alios acta aliis nocere aut præjudicare non debeat, per doctrinam Cyni. *in l. antiquæ. q. 3. C. ad SC. Vellej. quem sequitur Speculat. sub tit. de instrum. edit. §. nungvam & sub tit. de locat. §. nunc vero vers. quingagesimo septimo à Menoch. allegatus. 2. arbit. jud. cas. 91. in fin. quibus assentiunt Francisc. Viv. decis. Neapolit. 342. num. 1. Welsenb. 1. conf. 12. n. 44. per text. in l. exemplo. 7. & l. rationes. 6. C. de probat. ubi dicitur, nemini scribenti credi pro se contra tertium. Idque tam esse verum, quod instrumentum non probet inter personas alias, quam inter quas est factum, ut tertio non tantum non noceat, sed etiam non profit, refert Bart. in l. admonendi. num. 32. vers. item quæro si instrumentum. Sic Instrumentum venditionis non probat venditorem fuisse Dominum illius rei à se venditæ, quando is venditor vel ejus heres rei vindicatione agit non contra emptorem sed contra tertium, qui ab illo emptore causam habuit. *juxta gl. & Bald. in l. si quis conductionis. C. de locat. Bart. in l. ita ut si fur. ff. commod. Corn. conf. 219. n. 7. vol. 1. quando in consilio Neapolitano decisum fuisse refert Afflict. decis. 40. n. 3. vers. sed profecto. Similiter instrumentum locationis & conductionis rei fidem solum facit inter conductorem & locatorem, non etiam contra tertium. Socin. sen. conf. 89. n. 16. vers. concurrat & instrum. vol. 1. Curt. jun. conf. 158. n. 16. vol. 1. Afflict. decis. Neapol. 331. n. 7. quem sequitur Masc. de probat. vol. 1. concl. 521. n. 5. Sic liber officialis, cui publica tributa est fides, probat quidem inter officialem & eum, cum quo negotium gestum est, non autem contra tertium. Imol. conf. 96. in fin. Alex. conf. 36. vol. 5. quos sequitur Menoch. d. cas. 91. in fin. idemque decidit Boer. decis. Burdegal. 105. n. 13. & post eum Masc. de probat. vol. 1. concl. 542. n. 1. ita litteras & concessiones Principum contra tertium non probare deducit Cravet. in tract. de antiq. temp. p. 1. §. 3. ita nec investituras (quæ alioquin inter Dominum & Vassallum probat,) quicquam contra tertium probare affirmat Dec. conf. 468. n. 26. vid. & Castr. conf. 72. n. 2. vol. 2. Et hoc procedere etiam, cum versamur in antiquis, ut ne tum quidem instrumentum contra tertium probet, docet Cravett. in tract. de antiq. temp. p. 1. n. 24. & seq. quem refert Menoch. conf. 402. n. 17. vol. 5. Observandum tamen, quod sicut instrumentum contra scribentem probat. Aym. Cravett. conf. 815. n. 14. vers. ceterum. Speculat. de instrum. edit. §. nunc dicendum restat. n. 5. 6. 7. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1294. n. 2. & vol. 1. concl. 109. n. 9. concl. 11. n. 20. & 22. Castr. n. 40. & 41. Jaf. n. 76. & seq. & n. 90. 91. ad l. admonendi. ff. de jurejur. per l. Publica. 26. ff. de pos. l. generaliter. 13. C. de non num. pecun. add. Francisc. Bursat. conf. 39. n. 26. Henr. Boccr. sing. 49. num. 4. Mascard. vol. 3. de probat. concl. 1032. num. 1. per gl. in l. si procuratorem. verb. intelligendum. ff. de procurat. & l. distrabente. C. de reb. alien. non alienand. Ita etiam adversus heredem**

heredem ejus, heredisque heredem ac singulares successores plene probare dicitur. Johan. Baptist. de Plot. in l. si quando. n. 174. C. und. vi. Aym. Cravett. de antiq. temp. p. 1. §. viso de Verbis Enunciatis. num. 2. 15. 16. per d. l. Publica. 26. §. fin. depof. Auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. l. cum de indebito. 25. in fin. ff. de probat. Speculat. in d. §. nunc dicendum. num. 5. cum seq. Mascard. d. concl. 109. numero 3. Ancharan. lib. 2. quæst. 2. num. 22. non attento quod. Abb. & Dec. num. 6. in c. 2. extr. de fid. Instrum. ubi perhibent, in præjudicium tertii privatam scripturam etiam in antiquis probare, moti ratione eâ, quod non sit in potestate debitoris præjudicare tertio, quia hoc procedit quoad tertium, qui causam a debitore illo non habet, secus si ab eo causam suam post instrumentum constitutum acquisitam accepit, prout explicat Aym. Cravett. d. n. 2. 15. cum seq. & probat Ancher. d. q. 2. n. 22. lib. 2. vel favore ejus aliud suadet, quapropter sicut instrumentum depositi inter alios celebratum probat. Goedd. i. conf. Marp. 28. n. 34. ita itidem instrumentum dotale fidem quoque inter omnes tertios faciet. Francisc. de cis. 191. n. 2. lib. 1. præsertim antiquum, cujus magna censetur auctoritas. Bald. in l. exemplo. C. de probat. Innocent. ad c. veniens. extr. de V. S. Univers. Francofurt. conf. 31. num. 7. cum seqq. par. Actor. Corn. conf. 171. num. 9. & 18. & conf. 333. num. 14. vol. 1.

XVII.

Instrumentum operatur quantum pactum. l. adversus ubi gl. C. de Usur. Tiraq. in LL. Conub. gl. 5. num. 74. cum seqq. Wesenb. 1. conf. 11. num. 13.

XVIII.

Instrumenti parte aliqua qui pro se utitur, patitur & totum contra se valere in capitibus non diversis. Wesenb. 1. conf. 2. n. 77. Bart. & Dd. in l. quædam de edend. l. Publica. 26. §. fin. ff. depof. l. Aurelius. 28. §. idem quæsit. 12. de liberat. leg. Auth. ad hæc C. de fid. instrum. Wesenb. in parat. quod quæq. jur. in al. stat. n. ult. Dec. n. 4. & Canonist. in c. 2. de fidejus. Jas. in l. admonendi. num. 129. Ripa. num. 123. & Purpurat. n. 205. de jurejur. Instrumentum enim est individuum. Castrenf. in l. 1. n. 12. C. si advers. vendit. & instrumentum ac jus quod in eo continetur sunt connexa visu & intellectu. Bald. in l. instrumenta. 24. n. 5. C. de fid. instr. Unde non potest negare in eo ne dum disposita, verum etiam tantum narrata, dato etiam quod producat tantum in parte & in articulis pro se facientibus, nam & in aliis vice versa contra se admittere debet. Cravett. conf. 201. n. 6. adeo ut etiam illius verbis tantum enunciatis visitare cogatur. Dec. cap. cum venerabilis. col. 14. vers. prædicta conclusio de Except. Panor. conf. 52. lib. 2. in 2. dub. latè Cravett. conf. 75. de Anno. num. 8. p. 1.

XIX.

Instrumentum debet scribi literâ legibili, aliàs non probat. Bart. in l. 1. C. de fid. instrum. ita instrumentum diversis literis vel in chartâ maculatâ scriptum est suspectum. Bart. in l. contractus. 17. C. eod. sicut etiam suspicio instrumenti

resultat ex interlineaturâ & rasurâ. Bald. in l. si unus 12. C. de testam.

XX.

Instrumentum noctu factum valet. Innocent. in cap. consultuit. 24. X. de offic. deleg.

XXI.

Instrumenti verba formam dant contractus. Bald. in l. quoties. 12. num. 4. de suis & legitim. & obligationem constituunt. l. non figura 38. de O. & A. nec aliud intelligitur actum, quam scriptura est expressum. l. ult. ubi Bald. & Salicet. C. de fals. caus. adject. Bald. conf. 189. creditor. n. 3. vol. 2. cui nec addi nec detrahi quicquam debet. Bald. in l. lecta. 2. oppos. si cert. petar. Wesenb. 1. conf. 2. n. 25. Unde quod verbis instrumenti non continetur, pro omisso censendum erit. l. ad probationem. 21. ubi Bald. C. de probat. Wesenb. 1. conf. 15. n. 7.

XXII.

Instrumentum in conditionem conceptum, non potest executioni mitti, antequam specificè conditio sit impleta. Cravett. conf. 220. n. 10. ne habet executionem paratam ante conditionem impletam, donec impletum esse probetur, etiam si ex statuto guarentigionatum. Bald. in l. cum testamento. in fin. C. de testam. man. Imol. Angel. in l. fin. §. Titius. ff. de Vulg. & pupil. Alex. in l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. Nec enim est instrumentum liquidum, antequam conditio ejus liquidetur. Castr. & Alexand. in l. item quia. in pr. de pact. Bald. in l. si quidem. numer. 3. C. de Except. Alex. conf. 119. p. 1. Wesenb. 1. conf. 14. num. 91.

XXIII.

Instrumenta publica nullam extraneam recipiunt interpretationem, sed eam ex ipsissimis verbis desumi necesse est. l. ad probationem 21. ubi Bald. C. de probat. & secundum vulgarem regulam, quod instrumentum non dicit, nec nos dicere debemus. Cothm. 2. conf. 5. num. 68. & seq. hinc quod instrumentis & contractibus omissum est, pro non composito habetur. l. 7. C. de condict. caus. dat. Roland. à Valle. 2. conf. 76. num. 23. Schrader. de feud. p. 10. sect. 1. num. 130. Klock. de contribut. 6. 16. sect. num. 167. vid. supr. axiom. 1.

XXIV.

Judex semper debet inspicere Instrumenta antiquiora, & secundum ea de recentibus judicium facere, juxta monitum Sponsbeccii, quod citat & laudat Vult. 2. F. 3. n. 22. Nec alicuius ex antiquioribus litteris competens auferatur, latè Wesenb. 4. conf. 193. n. 79.

CAP. XCVII.

De Intellectu.

Axioma I.

Intellectu magis percipi quædam, quam elocatione exprimi possunt. l. mium. 13. ff. de solut.

II.

Intellectus subauditus servandus non est, quo
Ii 4 quis

quis ad malefaciendum invitatur, l. 3. ibique gl. verb. voluntati. C. de Usur. l. quia autem 6. in pr. ff. si quis omiff. caus. testam. l. Titia. §. idem respondit. 1. ff. de V. O. l. servo alieno. 11. §. pen. l. eo tempore. 50. ff. de peculio.

III.

Illud, quod potest intelligi, habetur pro expresso. l. fideicommissa. 11. §. si filio. 10. & ibi Gothofr. ff. de legat. 3. Guid. Pap. in sing. n. 989.

IV.

Intellectus absurdus est vitandus. l. nam absurdum. 7. ff. de bonis libert. l. 1. §. & re-stituendi. vers. unde quaritur. ff. de publican. l. observare. 4. §. fin. ff. de officio Procons. cap. quemadmodum. 25. de jurejur. cap. cum inter. 5. de except. cap. dudum. 14. de prebend. lib. 6. Prob. ad Monach. in cap. generalis. n. 18. cum seqq. de elect. in 6. Valasc. conf. 174. num. 11. Garc. Gironda de privilegiis, seu exempt. explicat. n. 284.

V.

Intellectus ille recipi debet, per quem jura iuribus concordantur, Alexand. in l. si cum dotem. §. maritus. num. 7. ff. soluto matrim. Armendar. in proem. addit. ad recopilat. legum Navarrae. n. 60.

VI.

Intellectus vitandus est, per quem incidimus in superfluitatem, ut per Roland. conf. 62. num. 5. vult. Octav. Glorit. resp. 1. p. 3. n. 123.

CAP. XCIX.

De Intempestivitate.

Intempestive aliquid agens de omni sinistro eventu tenetur. Hinc nauta minus idoneo sive hyberno tempore merces transvehens de naufragio obligatur, nisi consuetudo loci etiam hyberno tempore navigationem indulgeat. Brunem. ad l. 3. C. de naufrag. n. 4.

CAP. XCIX.

De Intentione.

Axioma I.

Intentione contrahentium ex qualitate rei & pretio dignoscitur. Roman. in l. divorzio. §. quod in anno. solut. matr. per text. in l. cum fundo. §. uxor viro. de jure dot. Ubi pretium discernit, an de omnibus fructibus anni in simplici venditione fructuum alicujus praedii, an vero de primis fructibus tantum, cum binos vel plures in anno producant, actum fuerit. Simile quid adducit gl. in l. 1. §. 1. verb. agendo. de superfic. ubi pretium facit discerni contractum. add. Pantfchman. 2. quest. pract. 21. n. 23.

II.

Intentio non verbis, sed verba intentioni servare debent. cap. intelligentia. 6. c. in his. 15. de

V. S. c. humane aures. 11. 22. quest. 5. c. sedulo. 12. distinct. 38. Vult. 1. conf. Marp. 15. num. 45.

III.

Intentionis suae fundamentum quilibet probare tenetur l. actor. 23. C. de probationib. l. qui accusare. 4. C. de edendo. Joseph. Ludov. tom. 3. commun. opinion. concl. unic. sub tit. de probation. Brunor. à Sole in locis communib. verb. actor. 3. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 70. num. 15. & resol. 106. numero 21. & lib. 3. resol. 1. num. 13. resol. 9. num. 9. Cas. Argel. de contradit. legit. quest. 113. n. 64. (Parisi. conf. 38. num. 16. vol. 1. alleg. Bald. in conf. 229. Bero. conf. 141. In causa conductorum. num. 7. vol. 1. & conf. 142. In presenti causa. n. 3. & 8. eodem loco. Sylvan. conf. 35. numer. 26. Bellon. conf. 45. num. 6. Natt. consil. 449. requisitus à Magnificis n. 2. Corn. conf. 128. videtur primo aspectu. vol. 2. Parisi. conf. 38. conductor. num. 16. vol. 1. Hyppolit. Riminald. conf. 40. elapsis. num. 4. & 14. vol. 1. Aretin. conf. 53. visa consultatione. col. 3. vers. tertio dico. idem Riminald. conf. 92. conductor molendini. num. 10. & conf. 282. num. 62. vol. 3. Rol. à Vall. conf. 86. Johannes Torello. num. 4. vol. 3. Grat. resp. 161. in presenti casu. lib. 2. numero 9. Gozadin. conf. 74. ut ordinariè. Francisc. Bursat. conf. 11. species facti. n. 32. & conf. 81. Magnificus Dominus. Hier. Pantfchm. 1. quest. pract. 2. num. 9.) Nam qualitas ubi est fundamentum intentionis alicujus, debet prius probari, gloss. recepta in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. Cov. var. lib. 2. cap. 6. num. 2. Menoch. conf. 301. num. 10. & de presumption. lib. 2. quest. 49. Rebuff. in tract. nominat. quest. 12. num. 13. Brunor. à Sole in locis communib. verb. qualitas. 6. Gutier. de juram. confirmat. p. 1. cap. 1. num. 22. & pract. lib. 5. quest. 40. n. 5. Farinac. in praxi crim. p. 1. quest. 1. num. 23. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2. resol. 48. num. 12. Rot. decis. 747. n. 4. apud Farinac. p. 2. recent. vol. 3.

IV.

Intentionem suam qui non probat, dicitur carere Jure l. argentarius 10. §. cum autem. 3. ff. de edendo. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lib. 1. concl. 117. num. 19.

V.

Intentio agentium regulat omnes actus ad finem intentionis, seu actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. non omnis. 19. in princ. si certum petat. cum aliis citatis, supr. b. 1. cap. 26. ax. 37. (Unde semper inspiciendum, quo respe-

respectu, sine & intentione aliquid fiat. Welenb. 6. *conf.* 269. n. 41.) Maxime in sacramentis, quia si quis levat parvulum de fonte, non ea intentione contrahendi compaternitatem, non dicitur contracta, & statim juramento asserentis, quando non agitur nisi de prajudicio animae illius, ut per Gemin. *conf.* 110. num. 5. *vers.* quandoque, & *conf.* 130. *vers.* sed si inter-
venerit quid num. 5. extendit ad professionem & baptismum, asserens, quod nisi addit intentio baptizandi, non erit baptizatus, & si assumens habitum religionis non habet intentionem profitendi, non dicitur professus, si hoc protestetur, refert Cardin. Tusch. tom. 4. lit. I. *concl.* 269. num. 9. cum seqq.

Limita, quia actus argentium propter dolum adhibitum extenduntur ultra intentionem, quia licet is, qui scit, & patitur agi causam super re ad se spectante, & quam possidet, non possit impedire executionem trium conformium, tamen si dolose se gessit, ut quia fuit procurator illius, qui succubuit, & tacuit jus suum, non audiretur postea volens impedire executionem trium conformium, ne dum in possessorio, sed neque in petitorio, latè Anchar. *consil.* 333. *Ad dubia*, num. 4. & 5. *vers.* secunda regula. Limita etiam, ubi verba sunt clara, & non apparet de mente & intentione, licet fuerit talis, non attenditur. Joan. de Imola *consil.* 102. n. 13. & 14. Aretin. *consil.* 2. num. 18. ubi quod si non constet de mente, statim verbis. Limita denique, quod intentio non impedit actum, quando adest voluntas, licet coacta, quia tamen est voluntas, Gemin. d. *consil.* 110. n. 6. *vers.* nec obstat, quem refert Cardin. Tusch. d. *concl.* 269. n. 26.

VI.

Intentio & animus, qualis fuerit à principio & postea gestis declaratur. l. item si 7. §. proinde. 7. ff. ad Macedon. Bolognet. in addit. ad *conf.* Joan. de Anania. 32. num. 14. *vers.* prosequor. Cardin. Tusch. d. tom. 4. lit. I. *conclus.* 269. num. 30. Vide *supr.* lib. 1. c. 62. Animus. Axiom. 4.

VII.

Intentio concedentis ubi deficit, dispositio remanet secundum jus commune, quia omissum habetur pro omisso, Gom. in reg. de impetrat. benef. per obit. fam. mil. q. 7. num. 4. Cardin. Tusch. d. tom. 4. lit. I. *conclus.* 271. num. 9. ubi num. 10. post Paris. *conf.* 1. num. 76. lib. 1. & *consil.* 3.

num. 59. lib. 4. Gabr. commun. tit. de clausulis, *concl.* 1. num. 56. & *concl.* 2. n. 18. subdit, quod defectus intentionis habet locum etiam in gratia motu propria facta, quia non trahitur ad ignorata.

De intercessione foeminarum vid. foemina.

CAP. C.

De Interdicto uti possidetis.

Quacunque ratione Jura immobilibus cohaerent, ea ratione turbato in juris exercitio interdictum uti possidetis competit, quia eatenus ipsa jura pro immobilibus habentur. Datur igitur hoc interdictum turbato in jure venandi, piscandi, lignandi, decimas accipiendi &c. Zaf. ad ff. Tit. uti possid. n. 9.

CAP. CI.

De Interesse.

Axioma I.

Interesse pendens ex alieno arbitrio non est considerabile, l. Inde Neratius. 23. §. idem Julianus. 2. ubi gl. ad verb. quia retrorsum. ff. ad L. Aquil. Bald. *conf.* 71. n. 2. vol. 1. Welenb. 1. *conf.* 34. n. 22.

II.

Interesse etiam lucrum amissum complectitur. l. 13. §. ult. rem ratam hab. l. 2. §. ult. ff. de eo quod cert. loc. l. 13. §. 1. 2. de action. empt. l. si fundo 33. §. fin. ff. locat. Carpov. p. 3. Jurispr. forens. *constit.* 30. *defin.* 7. numero 4. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 24. *defin.* 8. num. 3. imò & detrimentum, quod futurum timetur l. 14. §. 5. l. 67. §. 1. ff. de furt. Huic regulae planissime ob stare videtur l. 21. §. 3. de act. empt. Declarationis causa cum Cujac. in Paul. ad d. l. 13. rem rat. hab. Dn. Parent. in noem. crim. ad d. l. 67. §. 1. responderi potest. Vocem Interesse quandoque latius, nonnunquam strictius sumi, priori in sensu omnem rei utilitatem comprehendere, posteriori tantum utilitatem rei coherentem, extranea prorsus excludere denotare.

III.

Interesse quoad rerum naturam certum est. l. cum ad presens. 37. ff. si cert. pet. l. ubi autem. 75. §. illud. 4. *vers.* sed quod vinum. ff. de V. O. Bart. in l. fin. ff. si in jus voc. non ierit. Regner. Sixtin. & *conf.* Marpurg. *conf.* 11. num. 11.

IV.

Interesse difficile est probationis. l. ult. ff. de prator. stipul. Bart. in l. 2. in fin. C. de rescind. vend. Rebuff. in l. unic. num. 482. C. de sentent. q. 6. pro eo quod interest. Menoch. 1. arb. jud. cas. 119. Carpov. p. 2. *conf.* 30. *defin.* 8. n. 6. probatur verò per instrumenta, testes, juramentum. Schneid. in §. fin. J. de V. O. n. 24. seqq.

V. In-

V.

Interesse non debetur, nisi quis fuerit interpellatus. Bart. in l. ita stipulatus. n. 54. in fin. ff. de V.O. Aretin. conf. 72. col. fin. vers. ad Octavum. Ruin. conf. 55. n. 4. & ii. vol. 2. & conf. 33. n. 7. vol. 3. Aym. Cravett. conf. 89. n. 4. vol. 1. Farin. 4. conf. 15. n. 37.

VI.

Interesse non debetur nisi à tempore moræ. Dd. in d. l. lecta. ff. de reb. cred. prout in terminis societatis. textus est in l. socium. 60. ff. pro soc. quem citat Dec. conf. 119. n. 3. in fin. Farin. d. conf. 15. n. 43. adeo ut etiam in stricti juris iudiciis à tempore moræ peti possit. l. si fundum. 114. ff. de V. O. facit summopere quod ex sententia Angel. Raphael. Jaf. & recentiorum tradit Alciat. in l. cum fundus ff. de reb. cred. ubi vid. add. & Costal. in l. ratio. 3. §. si emptor. ff. de action. empt. & l. videamus. 19. ff. de Usur. ubi non solum hoc generaliter tradit, quod interesse in stricti juris iudiciis à tempore moræ peti possit, sed & in specie subicit, in huiusmodi iudiciis & fructus ut interesse venire. vid. Regner. Sixtin. 1. conf. 11. n. 10. contra quod tamen rectè disputat Cujac. ad African. in l. centum. 8. de eo quod cert. loc.

VII.

Quorum interest, ii ad actum necessariò sunt adhibendi. l. 39. vers. adhibitis & his ff. de adopt. l. 47. ibi presentibus omnibus, quos causa contingit. de re iudic. contra nemo se debet immiscere rei ad se non pertinenti eleganter Cujac. in pr. recit. ad tit. C. de furt. Unde partie ne doit insister à une chose ou elle n' si point d' interest; quod si tamen plures concurrant, ille præfertur, cuius magis interest. l. ult. §. un. de collus. deteg. l. 8. de pact.

VIII.

Interesse cessante, non auditur agens, l. si unus. 27. §. 4. vers. ante omnia. ubi Bart. ff. de pactis, l. ex conventionem, quidem 11. & ibidem Alexand. & Decius C. de pactis. (Ubi enim non est subjectum interesse, non potest esse ejus determinatio. cap. cum in urbe ejus de celebr. missæ. l. qui in provincia. 4. ff. de rebus cred. ibig. Dd. Socin. conf. 253. num. 12. in fin. vol. 2. Farin. 1. conf. crim. 15. num. 14. & 30.) Roman. conf. 499. In præmissis, in princip. ubi quod is, qui petit declarari electionem nullam de alio factam, non auditur, nisi doceat de interesse, & conf. 347. num. 4. Dec. conf. 410. Visa. n. 10. Alex. conf. 185. Viso titulo num. 27.

IX.

Quæcumque ad interesse publicum promovendum spectant, illa poterunt ab unoquoque expediti, quia quilibet ut membrum Reipubl. tenetur Reipubl. salutem promovere l. 3. §. fin. ff. de pecul. Exemplum est in tutoribus perendis l. 2. pr. ff. qui per. tutor. & suspectis accusandis §. 3. Inst. de suspect. Tutor.

X.

Quæcumque ad publicum interesse spectant, illa Magistratui ex officio peragenda incumbunt, quia Magistratus utilitatis publicæ minister est. Ita Magistratus ex officio constituere debet tutores arg. l. 1. ff. de Jurisditt. Decis. Elect. Saxen. 41. aliud exemplum in l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.

XI.

Interesse extra rem, quod in diligentia Personæ consistit, regulariter à nemine præstatur. Limita (1.) in actionibus arbitrariis l. 21. §. 3. de action. emti. (2.) à recipiente servum vel Colonum fugitivum. Brunnem. ad l. un. C. de colon. Illyric. n. 1.

XII.

Sortem recipiens absque protestatione non potest agere ad interesse Scheff. 1. q. 40.

XIII.

Interesse ipsius interesse aliquando debetur. Raudens. d. analog. Lib. 1. c. 12. n. 36.

CAP. CII.

De Interitu Rei. conf. rubr. de Casu.

Axioma I.

Toties interitus rei spectat ad dominum, quoties ille non tenetur rem alteri præstare; nam si eam præstare alteri debeat, est debitor speciei, hic autem ejus interitu per casum fortuitum liberatur l. 23. in fin. ff. de R. 7. Ita res vendita alteri præstanda non perit Domino, sed illi cui debebat præstari. §. 3. Inst. de Empt. Vendit. l. 5. §. ult. ff. de rescind. Vendit.

Limita: ut procedat, nisi debitor absque iusta causa moram commiserit, sic enim ad æstimationem speciei tenebitur l. 23. ff. eod. Modo res apud alterum non æque fuisset interitura.

II.

Quoties debetur genus five quantitas, toties interitus rei non liberat debitorem, quia genus non perit, nec debitum generis aut quantitatis. arg. l. incendium 11. si certum petatur. genus enim aliquid intellectuale est, ideoque interitum non recipiens, ut notat Gorhoff. ad d. l. 11.

Limita: nisi genus comtemplatione speciei debeat, utpote si certi nummi in arcâ promissi.

III.

Interitu unius non liberatur debitor, ubi duo in obligatione sunt, sed quod superest, in obligatione manet. Mey. Conf. 61. n. 141.

CAP. CIII.

De Interlocutionibus.

Axioma I.

Interlocutoria sententia, quæ & interlocutio dicitur, improprie sententiæ nomine venit, cum sit pronuntiatio iudicis super incidenti quodam articulo in exordio mediove litis occurrente interposita, principale negotium plerumque non defini-

definiens nec determinans l. 9. C. de sentent. & Interlocut. ibique Perez. n. 1.

II.

Interlocutoria sententia duplex est: simplex & mixta. Eckolt. ad ff. de Re Judic. & effect. sentent. §. 24. Ziegl. in jur. Canon. p. 845. mixta vocatur, si aliquid ex principali causâ definiat, & tunc est appellabilis Mev. P. 5. Dec. 253. n. 3.

CAP. CIV. De Interpellatione.

Axioma 1.

Interpellatio sive Judicialis sive extrajudicialis unica, modò in eâ persistat Creditor, sufficit ad constituendum debitorem in morâ. Struv. Synagm. Jur. Civil. Ex. 27. nb. 67.

II.

Interpellatus debitor, si in morâ solvendi sortem constitutus fuerit, modò fuerit solvendo, & in foro Saxónico Electorali Interpellatio judicialis accesserit, alterum tantum peti potest. Carptz. de assyl. debit. posit. 25. Richter. Decis. 74. n. 92. seq. Labor. de praesid. debit. egent. Mev. Conf. 9. n. 50. Decis. Elect. 29.

CAP. CV.

De Interpretatione.

Axioma I.

Interpretationi ejus in quavis dispositione omnibus modis standum est, qui dixit vel sermonem protulit. l. Et ideo. ii. ff. de LL. l. si quis intentione. 66. ibique. Dd. ff. de judic. l. 43. in pr. vers. respond. ff. de vulg. & pupill. substit. Hartm. Pistor. i. quest. pract. 26. num. 5. neque interpretatio verborum aliter fieri debet quam habitâ ratione ejus, ad quod is qui protulit ea respexit. l. si quis domum. 9. §. pen. in fin. ff. locat. l. debitor. 59. ff. ad Trebell. l. profecticia. 5. l. fin. C. si ad vers. rem judic. Nicol. Everard. in loc. legal. Tanquam seu respectivis. Regner. Sixtin. l. conf. Marp. 10. num. 34. cum nulla certior sit interpretatio, quam quæ sit ab ipsomet concedente. Bald. in Aub. nisi rogari. col. 2. vers. & per hoc solvitur. C. ad SC. Trebell. cit. a Tiber. Decian. conf. 141. n. 7. vol. 2. Quod procedit, quoties actus ab unius tantum voluntate dependet aut verba clara sunt, sicut v. c. Leges ferre est Imperatoris solius, ita & Leges interpretari, secus cum plurium voluntas in unum coire debet, tunc enim interpretatio potius contra proferentem, & concedentem in dubio & obscuro faciendâ & extendenda erit. l. veteribus. 39. ubi Bart. & Dd. ff. de pact. Dec. in l. contrahenda. num. 3. ff. de R. I. Bald. consil. 413. col. 5. Corneus conf. 64. n. 51. vol. 1. Decian. resp. 29. num. 41. vol. 2. quoniam sibi imputet, quod Legem non dixerit apertius. l. ult. C. de pact. inter empt. Petr. Peck. in cap. contra eum de R. I. in 6. Wesenb. in parat. ff. de pact. Sic in dubio pro promissore contra stipulatorem interpretationem fieri patet. l. ex veteribus. 39. ff. de pact. l. Labeo. 21. ff. de contr. empt. Hier.

Cagnol. ad l. semper in obscuris. numero 16. ff. de R. I. quia hoc casu semper eligenda talis interpretatio, quæ minorem inducit obligationem, h. e. unde levius & mitius promittentes obligentur. l. 9. ubi Dec. & Cagnol. num. 12. ff. de R. I. per l. semper in stipulationibus 34. eod. l. fin. de prator. stipul. Aym. Cravett. conf. 387. num. 13. per l. si quid venditor 18. in fin. ff. de aditio edict. l. in eo quod no. §. ubi verba. ff. de R. I. l. tutor qui rectorium. 7. §. 10. vers. ex ceteris ff. de administr. tut. l. qui concubinam. 29. §. cum tra. 2. ff. de legat. 3. & ut Dec. ait, conf. 423. n. 8. verba stipulationis dubia intelligenda quo minus obligent, idem si quis in re impertinenti se fundaret. cap. in praesentia. 8. extr. de probat. in concludentibus enim & quæ ad rem pertinent, semper talis sumenda interpretatio, ut actus valeat, non pereat, & quoad fieri potest, dissidentes in speciem probationis conciliantur inque unam redigantur harmoniam cap. cum. tu. 16. cap. in nescia. 52. ubi gl. extr. de testib. Wesenb. in parat. ff. de probat. num. 12. & 13. vid. etiam Dd. in l. scripture. C. de fid. instrum. ubi autem verba sunt clara & perspicua, contra ea nulla prorsus admittenda interpretatio, sed verbis simpliciter standum est. l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis 1. de legat. 3. l. ancilla. 12. C. de furt. l. eum qui Calendis. 41. in pr. de V. O. nulla enim interpretatio tanti, ut melior sensu ex verbis collecto existat. l. 3. C. de liber. prater ubi plura ad propositum congesti Felin. in c. qualiter & quando. num. 28. de accusat. vid. latè Tiraq. in l. si unquam verb. libertis. num. 5. cum multis seqq. C. de revoc. donat. Cephal. conf. 130. num. 2. sic dicimus cum Bald. quod ubi extat perspicua legis vel statuti dispositio, cesserit omne dubium in l. Gallus. §. si ejus in 2. notab. de liber & posthum. add. & Dec. conf. 488. col. 1. & conf. 563. num. 7. Interpretatio præscripta dicitur esse textus Legis Bart. in l. ex hoc jure col. 2. ff. de just. & jur. Joh. Nevizan. conf. 66. videtur primâ fronte. num. 22. Conf. Arg. i. conf. 1. n. 85. & conf. 29. num. 89. & hominis interpretatio cessat, ubi manifesta, aperta & expressa ipsius Legis interpretatio adest. arg. l. 5. C. de LL. Forster. i. conf. Marp. 8. num. 17. Unde prohibita interpretatio per statutum, prohibitio illa non de Legis Interpretatione, sed hominis intelligitur. l. non omnes 9. ff. de just. & jur. ubi Bald. & Jaf. n. 53. Barbat. in l. cum acutissimi. non 169. C. de fideicom. Sichard. ad l. fin. num. 334. C. de edict. D. Adr. 101. Nulla ergo melior interpretatio alicujus dispositionis vel instrumenti haberi potest, quam quæ habetur ex ipsâ dispositione vel instrumento. l. ex facto. 43. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. Paril. conf. 91. numero 27. conf. 97. num. 24. Decian. respons. 84. num. 29. vol. 3. resp. 101. n. 7. vol. 2. Curt. sen. conf. 29. num. 5. Goedd. 3. conf. Marp. 26. num. 91.

II.

Interpretatio ea recipienda est, quæ sententiæ Legislatoris congruit, licet verba id non patiantur. l. quamvis ii. de in jus vocand. Leges enim ex suis partibus invicem sunt interpretandæ. §. 15. Inst. ad L. Aquil. Via autem Legis interpretandæ est optima partim in explanatione scripti

sive

sive verborum, partim mentis & sententiæ est posita. Cum aliqua obfcuritas est in verbis (1.) conservanda est ratio recti sermonis. *l. Plautius. 8. de aur. legat. Donel. 1. Comm. 15. (2.)* Non aliter à significatione seu proprietate verborum recedendum, quam cum manifestum sit, scriptorem aliud sensisse. *l. non aliter. 69. in pr. de legat. 3. (3.)* Verba cum effectu accipienda. *l. 5. §. docere. Ne quis ei qui in jus voc. l. nomen. 16. §. ult. ff. de V. S. (4.)* Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent. *l. I. abeo. 7. §. Servius. de suspell. legat. (5.)* in ambigua voce legis ea capienda, quæ vicio caret. *l. 9. de LL. (6.)* quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea est capienda quæ rei gerendæ sit aptior. *l. quoties 67. ff. de R. I. (7.)* Denique consuetudo aut res iudicata inspicienda. *l. 38. ff. de LL.*

III.

Interpretatio dicti exponendo, non perimendo fieri debet. *c. cum dilecti. extr. de Accusat. nisi interpretatio sit juris & de jure. l. quamvis. 11. ff. de in jus vocand. ubi gl. in l. in tradendis. in pr. ff. comm. prad. l. Titia cum testamento. 34. §. Lucius Titius. 1. ff. de legat. 2.*

IV.

Interpretatio ea non est recipienda, quæ à Prudentibus reprehendi potest. *v. supr. lib. 1. cap. 5. ax. 1. l. Salvius. 6. ff. de legat. prest. Socin. sen. conf. 21. col. 3. num. 9. lib. 3. conf. 27. num. 8. lib. 4. Socin. jun. conf. 1. num. 128. lib. 1. Cravett. conf. 3. num. 23. Menoch. 2. arb. jud. cas. 190. num. 8. Burlat. conf. 176. quæquam nullum. n. 20. lib. 2. Becc. conf. 51. num. 13. & conf. 57. num. 19. Conf. Arg. 1. conf. 110. num. 75. Judicis itaque est talem recipere, quæ reprehendi non possit. *d. l. Salvius. 6. ei que assentire, quæ juri communi magis sit consentanea l. si stipulatus. 4. in pr. ff. de Usur. quæ verisimilis. Cravett. conf. 135. num. 33. quæ iustior ex multis scripturæ sensibus, idem Cravett. conf. 70. n. 14. quam jam consuetudo recepit. Dec. conf. 441. num. 15. & quæ casum magis necessarium comprehendit. l. in his. 5. §. 2. vers. sed etsi forte. ff. de solut. vel qua utrique partium sit consultum & satisfactum. l. adoptivus. 14. §. 7. ff. de rit. nupt. cap. juvenis. 3. extr. de sponsal. vid. infr. ax. IX. & quæ pariformiter omnibus convenit. l. jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupill. substit. l. quamvis. 4. C. de impuber. substit. Cravett. conf. 20. incip. quod contractus. num. 12. minusque onerosa. Plot. in l. si quando. num. 292. C. und. vi Beccius conf. 90. compromissum lib. 1. Conf. Arg. 1. conf. 110. num. 63. cum seq. Interpretationem enim utrique convenientem observandam esse dixit Cravett. conf. 301. n. 4. ne contrahentium alter damnum patiatur. l. 3. §. 1. ff. de recept. arbit. Cravett. conf. 245. num. 9. vid. latè. 2. arb. jud. cas. 199. n. 315. atque talis quæ utrique parti favet minusque præjudicat parti gravatæ, ac simul de damno vitando certanti consulit, omnino ceteris paribus amplecti ac præferri debet. Castr. ad l. 1. in fin. ff. si quis caut. judic. sist. & conf. 197. in causa quam Magnificus. col. 5. circ. med. tom. 1. Cravett. conf. 333. num. 13. conf. 412. num. 8. conf. 396. n. 12. & conf. 888. num. 8. Abb. conf. 7.**

in fin. vol. 1. Tiber. Decian. resp. 29. num. 44. vol. 2. per l. 3. ff. de suspect. tutor. & l. non debet. 41. §. in rei. 1. de R. I. quia semper benignior est & humanior l. majorem. 8. ff. de pact. l. proxime. 3. vers. sed in re dubia. de his quæ in testam. delentur. l. si fuerit. 10. §. planè. 1. l. cum in testamento 24. de Reb. dub. l. ea quæ in partes. 192. §. 1. de R. I. Goedd. 3. conf. Marp. 26. num. 97. quod tamen limitat Oldrad. conf. 95. nisi quando talis interpretatio verisimilis non esset & relatis & probatis. l. in contrahenda. num. 3. ff. de R. I. vid. Vult. 3. conf. Marp. 21. n. 257.

V.

Interpretatio quævis, quæ iniquitatem continet, rejicienda, eaque amplectenda, quæ æquitatem sapit. *l. in ius. 16. ff. de condit. & demonstr. quam ad hoc not. Bald. in l. cum allegas. in fin. & Auth. ad hac. C. de Usur. Soc. sen. conf. 159. in presenti. num. 28. lib. 2. Menoch. 1. arb. jud. quest. 7. num. 18. & 2. arb. jud. cas. 199. num. 4. Cravett. conf. 186. n. 14. Beccius conf. 94. cum anno. n. 23. lib. 1. Conf. Arg. 1. conf. 110. n. 76. Vult. 1. conf. Marp. 22. n. 59. Interpretatio enim semper in meliorem non autem deteriore partem fieri debet. *cap. Efstote. 2. extr. de R. I. cap. Abbate. 22. extr. de V. S. l. pen. ff. de pan. l. semper. 56. de R. I. Phil. Matth. 2. conf. Marp. 26. n. 49. maxime in casibus dubiis juxta gl. in cap. statutum. de prebend. in 6. Jas. in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. Paris. conf. 21. n. 31. vol. 1. Vult. 1. conf. Marp. 33. n. 56. Hinc in dubiis interpretationem faciendam esse quæ plenior & uberior. ex l. quæritur. 10. ff. de statu homin. l. 1. §. qui in perpetuum. 1. si ager vectigal. pet. deducunt. Roland. à Valle. conf. 100. n. 38. lib. 2. Ceph. conf. 218. n. 18. & conf. 246. n. 2. lib. 2. Schurf. conf. 9. num. 3. cent. 3. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 18. n. 100. Sicutiam in dubio secundum id quod fieri solitum interpretatio fieri dicitur. *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. ff. de edil. edict. l. semper. 34. ff. de R. I. l. cum, qui probabilem. 19. C. de Episc. & Cler. cap. 1. & ibi Card. Joh. Calder. in Panorm. de Cler. non resident. Roland. à Vall. conf. 81. n. 4. Regn. Sixtin. 2. conf. Marp. 12. n. 156. Cravett. conf. 77. num. 13. maxime si fiat per punctum rationis, idem Cravett. conf. 135. n. 37. majoremque benignitatem in se contineat. l. ult. C. qui bon. ced. poss. cum ex ratione verborum interpretatio, non ex ipso cortice desumenda. Bald. conf. 77. item & interpretationem fieri debere, ut verba in potiori & digniori sensu accipiantur, per d. l. quæritur. 10. ff. de stat. homin. asserit Herman. Det. in l. 4. §. Ca. 10. n. 468. de V. O. add. & Menoch. 2. arb. jud. cas. 321. n. 12.***

VI.

Interpretatio in omni actu amplectenda, quæ efficitur, ut quis minus obligetur. *arg. l. si quid venditor. 18. in fin. de edil. edict. l. si peculium. 6. §. sicut. 4. de pecul. leg. Paris. conf. 96. n. 22. lib. 3. Cravett. conf. 35. num. 33. Menoch. conf. 31. n. 52. & conf. 56. num. 37. allegatus à Regn. Sixt. 1. conf. Marp. 9. n. 53.*

VII.

Interpretatio latissime fieri debet, cum ad jus primævi per eam revertimur. *Abb. in c. cum dilectus.*

lectus. de consuetud. n. 6. Dec. in c. causam. qvæ. n. 5. de re script. Socin. sen. conf. 38. col. 3. vers. sexto & ultimo. lib. 1. Est enim favorabilis is actus, per quem ad jus antiquum reditur, & à novo receditur. cap. ab Exordio. 2. 35. distinct. ubi gl. ait, nemini injuriam fieri cum res ad antiquum statum reducitur. vid. gl. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ibique. Jas. n. 6. de pact. Lud. Gozadin. conf. 9. n. 31. Dec. in c. ad nostram. col. 3. vers. non obstat. de appellat. adeo ut etiam in præjudicio tertii subsistat. Regner. Sixtin. 1. conf. 10. n. 40.

VIII.

Interpretationem certam quæ receperunt, eadem minime sunt mutanda. l. minime. 23. ff. de LL. l. quod si nolit. 31. §. qui assidue. 20. ff. de edil. edict. sed potius ea, quæ in eodem genere controversiarum antea fuerunt observata, studiose tenenda sunt. arg. l. Labeo. 21. de stat. liber. l. 3. C. de edific. privar. id quod tam à Ictis quam Imperatoribus factitatum fuisse reperimus, qui sæpius opinionis suæ fundamentum non aliunde, quam ex communi observatione desumpserunt, ut apparet ex l. filius emancipatus. 14. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 1. ad fin. vers. impubes. ad SC. Syllan. & §. pen. Inst. de satisfact. Hartm. Pilt. 1. qvæst. pract. 16. num. 20. Interpretationem autem non debere inferri in textum, sed ex eo efferr, tenet idem Hartm. Pilt. p. 1. lib. 2. q. 16. n. 22. ubi citat dictum D. Hilarii Episcopi, quod optimus interpres sit ille, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, quam importat, & retulerit magis quam attulerit, ne cogatur id videri dictis contineri, quod persuaferit ante lectionem intelligendum: cum per subauditiones incivile esset Legis correctionem inducere. Panorm. in c. 10. extr. de testam.

IX.

Interpretatio ex natura rei est desumenda. Bald. in l. fin. C. commun. divid. gl. in l. & puto. ff. famil. hercisc. Cuman. conf. 142. col. 2. & quod potius tolerari debeat, ut improprietur natura verborum, quam natura rerum, ait idem Bald. conf. 457. col. 1. vol. 1. vid. Vultej. 3. Conf. Marp. 31. n. 42.

X.

Interpretatio ea in dubio semper capienda ac præferenda quæ delictum excludit. Bart. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de nov. oper. nunc. per l. item apud. §. si communem. ff. de jurejur. l. semper in obscuris. 9. ff. de R. I. Tiber. Dec. resp. 92. n. 529. vol. 2. & conf. 93. num. 129. vol. 2. Menoch. conf. 37. num. 104. Goedd. 1. conf. Marpurg. 28. n. 163. ita ut omnis potius admittatur interpretatio, quam delictum Marfil. 1. conf. 132. num. 4. Grammat. conf. 25. num. 20. & decis. Neapol. 18. num. 5. Cephal. conf. 397. num. 98. lib. 3. Cravett. conf. 247. in fin. Ubicunque igitur actus se habet ad permillum & prohibitum, cum in dubio potius ad permillum trahendum esse, per gl. in l. 2. verb. probatur. C. de petit. hered. probat. Tiragvell. de retract. consanguinit. §. 30. gl. 2. n. 24. Coler. de process. executiv. p. 3. c. 12. num. 57.

XI.

Etiam facilius non negligenda est interpretatio. l. 1. §. 11. de vent. inspic. ratio elegans redditur, quoniam licet multa intelligentibus facilia vi-

deantur, simplicibus tamen & ignorantibus satis sunt difficilia.

XII.

Legis verba facilius extenduntur, quam hominis ratio, quia productio non fit nisi ex mentis conjectura; Legis autem mens semper aperta est, Myns. ad §. ult. qui testam. tut. num. 6.

XIII.

Interpretatio alia fit ex subtilitate, alia ex æquitate. l. 31. §. de pos. l. 51. §. ult. Ad L. Aquil.

XIV.

Interpretari actum ejus est, cujus est condere, seu illum facere, l. non ambigit. 9. ff. de legib. l. si Imperialis majestas. 12. l. leges sacratissimæ. 9. C. eodem tit. [l. ex facto, 43. ibi beneficia principalia. ff. de vulg. & pupill. subst. cap. cum venissent. 12. de judic. cap. inter alia. 31. de sentent. excom. Dec. in cap. 1. notab. 1. de offic. deleg. Rip. in l. ex facto. num. 6. ff. de vulgari & pupill. [nec enim absurdum est, ut idem interpres sit actus, qui conditor, imò nihil melius, quia nemo certius Legem interpretari possit, quam ejus conditor, cum hic scire possit rationem actus veram, immediatam & proximam, ut non male *ἡμολογῶν* dici possit, atque sic nec certior interpretatio quam quæ ab ipsomet concedente fit. Bald. in Aub. nisi rogati. col. 2. vers. & per hoc solvit. C. ad SC. Trebell. legisque instar esse dicatur. l. fin. C. de LL. vid.] Alex. conf. 216. num. 13. lib. 2. ubi quod interpretatio statuti spectat ad statuentes, & interpretatio sententiæ spectat ad Judicem. Anch. conf. 398. Pramitto, in fine, Bald. conf. 305. Verba Principis, in princ. lib. 1. Federic. de Senis. conf. 233. Casus talis est, in princip. vers. & quamvis. Anton. Gom. l. 1. Tauri, num. 6. Decian. consil. 36. numer. 8. cum seqq. vol. 5. Menoch. conf. 3. num. 22. & conf. 684. num. 23. Surd. decis. 2. num. 5. & consil. 383. num. 18. Gutier. practic. lib. 3. qvæst. 28. à num. 2. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 142. ubi asserit procedere in subsidium, & quando non potest ex consuetudine & practica judiciorum aliter haberi interpretatio legis, Hieronym. Gab. consil. 182. per totum. lib. 2. ubi declarat, quod si agatur de potestate, vel de intentione Principis concedentis, vel de ejus interesse, inferior non potest interpretari, secus si agatur de subreptione, vel obreptione, aut de dubietate modica verborum inter privatos, quæ non respiciat neque potestatem, neque intentionem, neque interesse superioris concedentis, Joan. Garc. de nobilit. gloss. 1. §. 1. num. 2. Mascard. de gener. stat. interpret. concl. 2. numer. 146.

Kk

Morl.

Morl. in *emptorio juris*, p. 1. tit. de legibus. num. 20. Ugolin. de officio & potest. Episcopi. cap. 36. num. 1. Card. Seraphin. decis. 892. num. 3. Fr. Ludov. Miranda de ordine judic. qvæst. 3. art. 2. concl. 1. Cardof. in praxi judicium, & Advocat. verb. lex, num. 6. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 103. n. 19. Christoph. de Pace in schol. ad leges styli, l. 39. num. 22. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 329. per totam. Octav. Glorit. resp. 13. num. 19. vers. ejus enim.

Amplia, ut etiam interpretatio privilegii spectet ad concedentem, d. l. ex facto. 43. & ibi Doctores. ff. de vulgari, & pupill. l. Neratius. 50. ff. de reg. juris. cap. cum venissent. 12. de judic. cap. Ordinarii. 2. §. si vero, de officio Ordin. lib. 6. Felin. in cap. qvæli-ter & quando il. 1. n. 1. & 29. de accusat. Alexand. d. conf. 216. num. 13. vol. 2. Gail. lib. 1. observ. 1. num. 7. Ruin. consil. 38. num. 8. vol. 1. Lara consil. 18. num. 1. Surd. consil. 558. n. 6. Cardin. Tusch. d. lib. I. concl. 329. num. 3. & 10. Card. Mantic. de tacitis & ambig. conventionib. lit. 2. tit. 1. num. 55. & 56. Joh. Anton. Lanar. consil. 18. num. 1. Socin. jun. consil. 95. n. 73. vol. 3.

XV.

Interpretatio facienda est, ne dispositio fiat elusoria, l. 3. ff. de milit. testament. l. si quando, 109. ff. de legat. 1. Card. Mantic. de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 12. n. 30. Anton. Monach. Florent. decis. 1. num. 86. Ferrer. in constitut. Catalonia. gloss. 1. num. 152. Octav. Glorit. resp. 1. p. 3. numer. 129. [In omnibus enim actibus & negotiis regulariter quævis vocabula ita sunt interpretanda, ut res, de qua agitur, sit in tuto, ac negotium potius valeat quam pereat. l. 13. l. 22. ff. de Reb. dub. Phil. Matth. ad l. 67. ff. de R. I. l. qvoties. 80. de V. O. eaque ita facienda, ut verba aliquid operentur, nec sit superflua. l. item veniunt. 20. §. 9. vers. aptanda de petit. hered. Jal. in l. in hoc edicto. qvod quisque jur. stat. in alium. Regner. Sixtin. 1. consil. Marp. 9. n. 52.] Cardin. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 22. ubi num. 30. ampliat interpretationem in dubio faciendam esse, absurdum [qvod ipsæ Leges minime amplectuntur sed potius explodunt. l. nam absurdum. 7. ff. de bon. libert. cap. Prælati. 2. in fin. ubi not. Gemin. de homicid. in 6. cum latè deductis per Hieron. Zanch. in repetit. l. heredes mei. §. cum ita. num. 365. ff. ad SC. Trebell. & Ludov. Zund. in resp. pro uxor. num. 123.] sequatur. & num. 33. & 54. ad evitandam correctionem, contrarietatem, repugnantiam,

vel perplexitatem. Fufcar. de substitut. q. 241. num. 43. & q. 320. num. 59. Vincent. Carot. sing. 297. [qvo melius leges Legibus concordentur, cap. cum dilectus. 8. de consuet. l. 2. & ibi Dd. C. de noxal. action. Hartm. Pistor. 1. qvæst. pract. 38. numer. 20. cum in interpretationibus duplex verborum interpretatio non admitti. gl. in Clem. 1. verb. Diocesani. de jur. patronat. quem secuti Gemin. in cap. si duobus. col. 6. in pr. & ibi Phil. Franc. de rescript. in 6. Hartm. Pistor. 1. qvæst. pract. 24. num. 13. sed ea potius assumi debeat, quæ juri communi consona sit. l. ut gradatim. 11. §. 1. ff. de muner. & honor. cap. cum expediat. 29. de Elect. in 6. Dd. in l. 2. si ex noxal. caus. agatur. Hartm. Pistor. 1. qvæst. 33. n. 8. ut ab ejus mente quam minime recedatur. l. quæro. 54. §. inter. 1. ff. locat. Joh. Crot. in consil. 200. num. 43. lib. 1. Gozadin. consil. 74. num. 9. & consil. 59. num. 20. Hieron. Grat. consil. 16. num. 43. consil. 26. num. 23. lib. 1. Menoch. de arb. jud. qvæst. cas. 199. num. 9. & consil. 82. n. 30. Regner. Sixtin. 1. consil. Marp. 10. vol. 1.] etiam impropriando verba. l. Titius. §. 1. ff. de legat. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 7. numer. 18. Fufcar. de substitut. q. 650. num. 7. nisi recedatur à forma à contrahentibus data, quia tunc potius nullitatis inductio, quam recessus à forma toleratur. Vinc. Carot. d. sing. 297. item interpretatio illa sumenda est, quæ indicat validitatem actus, ut dixi lib. 1. cap. actus 25. ax. 45.

XVI.

Interpretatio facienda secundum mentem disponentis, si de mente apparere potest, quia mens obtinet primum gradum, & attenditur verisimilitudo, ita Calderin. consil. 327. vers. de testamento, alias consil. 8. de donat. Angel. consil. 261. num. 4. Abb. consil. 78. Circa primum in princip. lib. 2. Bald. consil. 305. Verba princip. in princip. lib. 1. & consil. 218. Petita venia, circa princip. lib. 3. Siverò de mente non constat, attenditur verisimilitudo, & iste est secundus gradus succedens menti, Alexand. consil. 179. Viso num. 13. vers. ex quibus. lib. 5. Cravet. consil. 363. num. 26. & seq. quos refert Card. Tusch. d. tom. 4. lit. I. conclus. 330. num. 10. Cessante verisimilitudine, & conjecturis, recurrimus ad meram significationem verborum, & si apparet, ea est tenenda, l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. l. 4. §. toties. 6. ff. de damno infecto, Angel. consil. 261. col. pen. in princip. Alexand. d. consil. 179. n. 11. Card. Tusch. d. concl. 330. n. 46.

n. 46. Anton. Monach. Florent. decis. 16.
num. 11.

XVII.

Interpretatio facienda est secundum
subjectam materiam, l. 17. pr. loc. Obr. 2.
f. 14. num. 3. Socin. consil. 1. numer. 120.
vol. 1.

CAP. CVI.

Intervallum Temporis.

Intervallum temporis ut minorem aliquando
facit obligationem l. 66. ad L. Falcid. ita & fidem
post Cyn. Anchoran. & alios complures Maf-
card. de probat. concl. 741. num. 17. sic ut diu ta-
cens vel debitum agnoscere vel eidem tacite re-
nunciare videatur. l. 6. C. de remiss. pignor. Me-
noch. pref. 135. n. 3. Mafcard. concl. 1318. n. 27.

CAP. CVII.

De Interventione.

Axioma I.

Quicumque habet interesse in causa, illi com-
petit jus interveniendi.

Ratio, quia interventio præsumentur malitiosa
& ad processum extrahendum facta, nisi addit in-
teresse, hinc sine illius probatione non admitten-
da. Carpz. Process. Tit. 4. art. 2. n. 37.

Exempl. ita ergo hodie Magistratus interve-
nire potest, si subditus suus alieni Magistratus
Jurisdictionem prorogare velit, aut si subdi-
tus suus ab alio arretetur. Mev. P. 5. Decis.
112.

Declaro: (1.) modò interesse illud fuerit per-
tinens & à causa principali non alienum seu se-
paratum. Brunnemann. in process. Civil. cap. 13.
n. 5. Sic enim novo Processu hoc jus se-
paratum foret deducendum. Carpz. L. 3. Resp.
21. num. 11. (2.) Modò interesse illud fuerit ju-
stum, i. e. in jure fundatum. Mev. P. 7. Dec.
208.

II.

In quocumque statu interveniens causam re-
perit, in illo eam reassumere tenetur. cap. fin. ut
lite pend. in 6. quia Reipubl. interest ne lites mul-
tiplicentur aut extrahantur.

Exempl. ita ergo interveniens non tenetur
denuò litem contestari, nec potest publicatis
attestationibus super iisdem vel directò con-
trariis articulis alios testes producere. vid.
Gal. L. 1. obs. 71. ubi plura exempla. Pariter
nec post rem judicatam amplius potest interve-
nire, quia hoc casu neque Principali defensione
superest.

Declar. ut procedat, si accessorie interve-
niat uni litigantium assistendo, non verò si spe-
cialem actionem & processum instituat, tunc e-
nim omnia ipsi salva, modò antea non igno-
raverit, litem esse motam. Brun-
nem. d. cap. 13.

n. 5.

CAP. CVIII.

De Intimatione.

Ubi intimatio seu monitio necessaria, ibi sci-
entia non sufficit, præsertim ad incurrendam
pœnam. Bart. in l. denunciass. §. quod ergo. vers.
quandoque requiritur. n. 1. & ibi Angel. n. 3. vers.
sequitur. ff. ad L. Jul. de adulter. & l. 2. §. fin. ff.
solut. matr. Alex. conf. 24. num. 5. lib. 4. Farin. 1.
conf. 93. num. 10. Bald. in c. ad hoc. n. 19. in fin.
tit. de Allodis, & c. ad hoc. num. 3. tit. Si de feu-
do Vassall. ab aliq. interpell. in Usib. Feud. gl. in
clem. causam. in gl. fin. de Elect. Covar. lib. 3. var.
res. c. 7. n. 3. Costal. in adversar. ad l. item ve-
niant. 20. §. petitam. ff. de petit. hered. Ubi de-
clarat obtinere, si intimatio ad aliquid faciendum
procederet. Tunc enim non sufficit scientia nisi
ea adjiciatur. l. denunciass. 17. in pr. ff. ad L. Jul.
de adulter. secus si solum fiat ad certiore alii-
quem faciendum, hoc enim in casu tantum o-
peratur simplex scientia ac intimatio d. §. peti-
tam. Hinc intimatione opus non esse, cum pars
notitiam sententiæ contra se lata habuit. post.
Dyn. in c. cum qui certus in fin. de R. I. in 6. Socin.
jun. conf. 120. n. 16. lib. 3. Rip. in c. cum M. Fernan-
dus de constit. referi. Menoch. 1. arb. judic. 66.
num. 3. add. & Tiragvel. in tract. de retract. con-
sanguin. 36. gl. 2. num. 34.

CAP. CIX.

De Inventario.

Axioma I.

Quicumque administrat bona aliena, ille tene-
tur ad inventarium.

Ratio: quia omnis administrator tenetur ad
rationes. l. tutor qui reperiatur 7. ff. h. t. In-
ventarium autem est caput & fundamentum
rationum. Mev. P. 8. Dec. 180. n. 1. Ita e. g.
tutor ad inventarium tenetur. Rec. Imp. de anno
1548. & 1577. tit. von der Pupillen und
minderjährigen Kinder Tutorn und Vor-
münden. 32.

Limita: ut si non semper ad solenne, ad mini-
mum tamen ad juratam specificationem bono-
rum teneantur Carpz. P. 2. Const. 11. def. 4. ut, si
pater super bonis pupilli inventarii confectio-
nem prohibuerit Carpz. d. l. ita ob paupertatem
confectio inventarii à tutore potest omitti. Perez.
C. quando & quib. quarta. n. 8. conf. Mev. P. 2.
Dec. 96. P. 7. dec. 50. n. 6. 8. 9.

II.

Si Inventarium perfectum exhibeatur, non
opus est Juramento. Circa quantitatem mobili-
um autem standum est juramento heredis de
credulitate. Brunnem. ad l. 2. C. quand. & quib.
quarta. n. 2.

III.

Inventarii conficiendi necessitas incumbit u-
nicuique ad rei alicujus restitutionem obligato.
Carpz. P. 2. Const. 42. d. 8. n. 4. neque remitti
potest à testatore Rol. à Valle conf. 92. Wesf. conf.
86. vol. 2.

Kk 2

IV. In-

IV.

Inventarium ritè & solenniter conditum probationem facit & inter publica Instrumenta connumeratur. *Carpz. P. 3. C. 33. d. 8. n. 7.*

V.

Inventarii beneficium est, quod heres de suo nihil solvere debeat. *Mev. P. 1. Dec. 38. n. 1. & heredem perpetuò servat indemnem. Carpz. P. 2. Dec. 160. n. 8. 9.*

CAP. CX.

De Inventione.

Axioma I.

Quovisque restringi potest captura bestiarum, eousque etiam libertas inventionis, quia utraqve ex eodem jure descendit.

II.

Res inventa non potest retineri nec à fisco obtineri, etiam si dominus ignoretur, sed diligenti inquisitione dominus debet pervestigari. Quod si nullus invenitur, licet res retineatur, nec inter pauperes est distribuenda. *Perez. C. de bon. vac. n. 23. seqq. solet tamen ad pios usus converti. Perez. C. de grege Domin. n. 7.*

III.

Arma præsumuntur ejus esse, penes quem inveniuntur. *vid. Perez. C. ut armor. usus. n. 7.*

IV.

Quæ hodiè inveniuntur in litteribus, ex plenitudine potestatis Principes ad augendum fiscum sibi licet adscripserunt. *Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 41. ib. 22. & Syntagm. Jur. feud. cap. 6. apb. 8.*

V.

Inventores rerum casu amissarum quandoque solent libellum proponere, quò significatur se rem aliquam invenisse & reddituros ei qui desideravit, dominumque probaverit. *Struv. d. exerc. 41. ib. 60. Carpz. P. 3. Conf. 31. def. 18. num. 4.*

VI.

Inventori non acquiritur pecunia, de cujus domino probabiliter tantum constat, sed tota Domino ejusve heredi est restituenda. *Struv. d. Exerc. 41. ib. 53. in fin.*

Inverecundus. v. *infra* Turpis.

CAP. CXI.

De Inverisimili.

Inverisimile quod est, pro falso & incredibili habetur. *Fatin. 1. conf. crim. 24. n. 12. quia inverisimilitudo est species falsitatis. l. Mev. 66. in pr. ff. de legat. 2. l. qui filium. 64. ff. de legat. 3. Bald. in l. 1. col. 3. C. de serv. fugitiv. latè Tiraq. in l. si unquam pref. n. 37. & seqq. C. de revoc. donat. Unde & ad tollendam fidem probationis paria censentur, dicere quid falsum, vel inverisimile. Menoch. 2. arb. jud. cas. 442. n. 59. Rol. conf. 7. n. 17. vol. 1. & conf. 73. n. 38. vol. 2. &*

conf. 27. n. 23. vol. Crav. 3. conf. crim. divers. 116. num. 16. tom. 2.

CAP. CXII.

Investitura.

Axioma I.

Investitura vim contractus ostendit, in eamque veluti scopum omnis feudi status dirigitur. *Bald. in prelud. feud. divis. 4. num. 46. & in cap. unic. §. num. 3. de feud. Marchia. Zas. in Epitom. feud. part. 8. num. 49. nec potest feudo potiri, quem tenor investituræ excludit. arg. l. dies cautioni. 4. §. toties. ff. de damn. infecti. l. ad probationem. 21. ibi quem tenor scripture designat. & ibi Bald. C. de probat. Bart. in l. fin. C. de reb. cred. quæ causa est, quod tam jura, quam interpretes Feudorum, tenorem investituræ in quovis feudo præcipue attendi velint, cap. unic. in fin. de duob. fratr. à Caput. invest. cap. unic. in fin. de succes. feud. cap. unic. §. denique quæ fuit prim. caus. benef. amitt. Bald. in l. 1. §. sed etsi quis. in 3. notab. C. de latin. liberi. toll. & in l. quoties. 12. num. 3. & 4. Cod. de suis. & legitim. Jas. in prelud. feud. 4. decis. numer. 98. cum seqq. & in conf. 136. num. 2. volum. 4. Paris. conf. 1. num. 1. & 2. & conf. 5. in pr. Cacher. decis. Pedem. 23. num. 2. & decis. 139. in pr. Molin. in consuet. Paris. in pr. n. 50. Phil. Matth. 1. conf. Marp. 31. num. 6. Tenor siquidem Investituræ legem & naturam tribuit feudo. Paris. conf. 106. num. 20. vol. 1. Menoch. conf. 58. nam. 23. vol. 2. Sonsbeck. in comm. Feud. p. 9. n. 26. Nevizan. conf. 11. n. 6. Zas. in epitom. feud. p. 5. n. 60. quemadmodum contractus ex conventionem legem accipit. l. 1. §. si conveniat. ff. de positi. l. si ut certo. 5. §. interdictum. ff. commod. l. contract. §. 1. ff. de R. l. cum ut conventio contractum, ita & investitura alteret naturam feudorum. Jas. in prelud. feud. n. 99. Paris. conf. 12. n. 10. Joh. Fichard. conf. 14. n. 1. lib. 1. Borcholt. de feud. c. 1. n. 25. Hartm. Pilt. 2. q. 1. n. 4. Regn. Sixt. 2. conf. Marp. 18. n. 24. Unde & derogare communis feudorum naturæ dicitur. Jas. conf. 136. num. 2. vol. 4. Paris. conf. 13. n. 13. vol. 1. Dec. conf. 23. n. 34. vol. 1. & conf. 93. num. 12. vol. 3. quam unam maximam esse in feudis dicit Laudens. in c. 1. n. 5. qui feud. dare poss. & in cap. 1. §. quin etiam. num. 8. Epif. vel Abbat. nec facile & sine causa investitura verba restringenda sunt, sed interpretanda prout sonant. Tiraq. in l. si unquam verb. libertis. n. 9. C. de revoc. donat. Paris. de Pureo de redinteg. feud. c. 30. n. 94. Rol. à Vall. conf. 79. vol. 2. Schurf. conf. 98. cent. 1. Zas. i. conf. 12. n. 59. vol. 1. ita ut accipiantur cum effectu, ne superfluitatem pariant, sed aliquod operentur. Alvarot. in cap. 1. num. 2. de feud. non hab. propr. nat.*

II.

Investitura est stricti juris. *cap. unic. de duob. fratr. à Capitan. invest. Alvarot. ad tit. 1. in pr. num. 4. vers. item quod materia lib. 2. Feud. Curt. jun. imcl. de feud. p. 1. q. 9. num. 3. Jul. Clar. in §. feudum.*

feudam. q. 6. Zaf. in Epit. feud. p. 1. in fin. Schrad. in trakt. feud. p. 2. c. 2. num. 4. Henr. à Ro-
senth. in synops. jur. feud. 1. conclus. 5. num. 3. &
seqq. & cap. 12. n. 3. Vultej. 1. de feud. cap. 7. n. 56.
p. 214. pertrahenda enim non est ultra sua signifi-
cata, neque ad diversa & separata, multo minus ad
ea, de quibus probabile est non fuisse contra-
hentes. Jo. Goedd. conf. Marp. 33. num. 37. quod
locum habere respectu tertii, quando nimirum
de præjudicio ac jure tertii agitur, respectu enim
Vasalli & Domini investituræ esse latius inter-
preterandas docet Bart. in l. i. in fin. C. de jur. & fact.
ignor. l. ult. C. si contr. jus vel util. publ. Dec. conf.
588. num. 20. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 18.
num. 118. quos refert & sequitur Wesenb. conf. 4.
num. 108. ubi simul addit, respectu Vasalli in-
vestiturarum verba latissime accipi debere. vid.
Jaf. in prælud. feud. n. 26. & 27.

III.

Investitura prima est radix & sequentium fun-
damentum. Bald. in c. unic. §. 1. de feud. guard.
Dec. conf. 173. Paul. de Castr. conf. 17. numero 1.
vol. 2. ubi ait investituram in descendentes tale
præsumi, qualis in majoribus fuit. Phil.
Matth. 2. conf. Marp. 26. num. 94. Unde posteri-
ores investituræ non primam, sed hæc illas decla-
rat, & ex hac tanquam radice & fundamento illæ
dependent. Dec. conf. 185. col. 2. & conf. 193. n. 3.
Ruin. conf. 20. & conf. 187. lib. 1. Cephal. conf. 369.
num. 102. conf. 307. num. 72. Ludov. Godazin.
conf. 84.

IV.

Investituræ prioris innovatio in præjudicium
illorum, qui in ea sunt vocati, facta, nullius est
momenti. cap. 1. de success. feud. Bald. in l. i. col.
pen. vers. quod si Dominus. C. qu. and. non petant.
part. & in l. ult. numer. 3. de suis & legitim. Præ-
posit. in cap. 1. num. 2. an agnat. vel filius. Alvorat.
in c. 1. n. 3. de Vasall. decreta. etat. Gail. 2. obs.
49. num. 2. Dec. conf. 410. num. 12. conf. 544. num.
13. Carol. Ruin. conf. 7. n. 29. Cephal. conf. 23.
numero 37. lib. 1. Ludov. Godazin. conf. 26. nu-
mero 40.

V.

Investitura non confert possessionem, sed e-
am quæ est confirmat. Jaf. in l. quoties num. 29.
C. de rei vind. Bald. in rubr. C. de contr. empt.
Unde licet investitura prima per posteriores
mutari nequeat, tamen per eas declarari ac illu-
strari potest, earumque merito ad corroborandum
intellectum primæ investituræ ratio haberi debet.
arg. l. heredes palam. 21. §. si quid poss. 1. & ibi
Bald. de testam. Joh. Andr. in addit. ad Speculat.
tit. de testam. §. nunc videndum in verb. notat
Dominicus. Dec. conf. 139. num. 6. Regner. Six-
tin. 2. conf. Marp. 18. n. 11.

VI.

Investitura Investito præbet titulum & causam
possidendi. Schurf. conf. 53. num. 9. cent. 3. Ca-
cher. conf. 34. n. 20. intentionem enim funda-
tam habere dicitur, qui pro se habet investitu-
ram. Hæren. in cap. 1. num. 2. de investi. de re alien.
facti. maximè si ab Imperatore habeat. Schurf.
53. num. 9. cent. 3. quia per investituram solam
Imperatoris transfertur dominium & possessio.

Menoch. conf. 910. n. 21. vol. 2. Borell. conf. 1. n.
41. Petr. Gregor. de concess. feud. quest. 8. p. 1.
præsertim si appareat eam in investiendo fuisse
Imperatoris voluntatem, quod dominium &
possessionem transferre voluerit. Joh. Francisc. de
Ponte conf. 55. n. 28. Vult. 3. conf. Marp. 35. n. 23.
unde & hunc modum domini translativum vo-
cavit Bald. in prælud. feud. n. 27. modum acqui-
rendi, qui dare solet jus ad rem absque traditione,
& jus in re cum possessione, ut ait Afflict. decis.
Neapol. 299. n. 20. & ideo investitura præsumitur
vera. Bald. in rubr. C. de contr. empt. n. 20. præ-
sertim antiqua & à majoribus accepta atque ab
immemoriali tempore continuata Bald. in l. ex-
emplo. n. 2. C. de probat. sicut & continuata præ-
sumitur nisi probetur contrarium l. siue possideris.
16. C. de probat. Bald. in cap. 1. in pr. de contr.
int. masc. & fem. Vult. 2. conf. Marp. 30. num.
34.

VII.

Investituræ principum & illustrium virorum
publicam merentur fidem proque publicis instru-
mentis reputantur Bald. & Salicet. ad l. si quæ C.
de Episc. aud. per cap. cessionem. ubi Canonista
extr. de fid. Instr. Wes. conf. 27. n. 10. & conf. 42.
n. 7. Estque probatio, probata uti qualibet alia
instrumenta publica l. cum precibus. 18. C. de pro-
bat. Tiber. Decian. resp. 66. n. 59. vol. 3. resp. 55.
num. 6. vol. 5. Rol. à Vall. conf. 76. num. 8. conf.
79. Joh. Gallien. tom. 1. conf. Feud. 2. n. 10. ut quæ
sunt optimæ feudi & actuum qui de feudo exer-
centur probationes cap. un. §. 1. quid sit investit.
cap. 1. de nat. feud. Jaf. in prælud. feud. n. 12. In-
nocent. in cap. veritatis de jure jur. VVes. conf. 4.
n. 77. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 11. n. 78. ac
faciunt rem indubitam & apertam. Jaf. ad l. i. n.
10. ff. de nov. oper. nunc. Menoch. conf. 7. n. 4. conf.
384. n. 1. maxime in negotio antiquo. Bald. in l.
emancipatione vers. ult. quæro. C. de fid. Instr. De-
cian. resp. 64. n. 9. vol. 5. Cravett. de antiq. temp.
part. 1. §. ampliatur. n. 10. etiam si verba enuncia-
tive sint posita. Castr. conf. 202. n. 4. vol. 1. Cra-
vett. d. §. ampliatur. n. 1. & 2. nedum si dispositi-
ve scripta Dec. conf. 428. n. 5. Francisc. Burlat.
conf. 27. n. 5. Felin. ad c. cum causam. extr. de pro-
bat. Joh. Goedd. 3. conf. Marp. 33. n. 42.

VIII.

Investitura generis non probat concessionem
vel possessionem speciei. Innocent. in c. in presen-
tia de probat. Tiraq. de retr. consang. §. 36. gl. 3.
n. 2. Cacher. decis. Pedemont. 161. num. 12. Phil.
Matth. 2. conf. Marp. 27. n. 36. VVesenb. 1. conf.
45. n. 37. Regner. Sixtin. 7. conf. Marp. 9. n. 27.

IX.

Investituræ recipiunt interpretationem ex
consuetudine & observantia gl. in c. 1. §. hoc quo-
que verb. successione. qui feud. dar. poss. Alva-
rot. in cap. 1. §. in judicio. num. 5. de feud. cognit.
Gail. 2. obs. 148. num. 3. vers. nisi aliter. Decian.
conf. 124. n. 15. vol. 3. Herm. Vult. 1. conf. Marp.
33. n. 59.

X.

Investitura facta super uno feudo, non exten-
ditur ad aliud separatim Paris. conf. 15. n. 27. lib.
1. VVesenb. 1. conf. 4. n. 34.

Kk 3

XI. In-

XI.

Investitura & instrumentum quodlibet se ad aliud referens, idem continere intelligitur, quod illud, ad quod se refert. Menoch. *conf. 1. n. 83.* & dicitur contineri in scriptura referente idem, quod continetur in relata *l. affe. 100. 77. ubi Bart. & Dd. de hered. instit. l. institutio 1215. 10. de condit. instit. c. venerabilis de Confirmat. utili.* quod maxime obtinere in investituris confirmantibus, scilicet ut contineant nihil aliud quam confirmatum, ait Wesenb. *1. conf. 4. n. 77.*

XII.

Investitura simultanea est, quando Dominus consensu Vasalli alium de eodem feudo investit eique jus succedendi tribuit, ein Mitbelehneter der die gesamte Hand hat. Stryck. *Exam. Jur. Feud. cap. 12. quæst. 42.*

XIII.

Investitura simultanea Jure Feudali communi triplici casu obtinet, (1.) si duo investiantur, ut simul actu feudum habeant *2. Feud. 12. & 13.* (2.) si fratri in feudo novo per pactum investituræ successio deferatur. *1. F. 1. §. 2. 2. F. 12.* (3.) si consentiente Vasallo alius de eodem feudo simul investituræ ac in possessionem mittatur. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 9. tb. 14. n. 1.*

XIV.

Investituræ simultaneæ deficiente agnati ne quidem in feudo antiquo Jure Saxonico succedunt, Jure communi eam opus non habent nisi in feudo novo. Berl. *P. 2. Concl. 53. n. 24.*

XV.

Investituræ simultaneæ Jure Saxonico omni casu tenetur investituræ renovationem petere, non verò jure communi, nisi feudo aperto vel ad ipsum devoluto. Köppen. *decis. 31. n. 4.* quamvis in Marchia mutato domino etiam renovatio petenda. Rhet. *Comment. in Jus Feud. pag. 330.*

XVI.

Investitura simultanea Jure Saxonico per divisionem feudi expirat, nisi de alterius parte denuò simultaneè investiantur; Jure Communi verò Jus succedendi manet integrum. Berl. *P. 2. Concl. 53. n. 46. seqq.* Köppen *Decis. 47. n. 8.*

CAP. CXIII.

De Invidia v. Sup. Æmulatio.

Axioma I.

Invidiæ crimen jure est exosum, offendit hoc Wesenb. *de servit. n. 3.* adeoque vitandum. *vid. Hartm. Pistor. 3. quæst. 25. n. pen. elegantem. l. 1. c. de caduc. toll. tot. tit. Inst. de L. Fus. Canin. toll. & latè Anton. de rescript. monitor. tit. 5. concl. 6. num. 30. & seqq.* Hinc semper à viris probis id quamvis æqualibus abfuisse, nec erubuisse alterum ab altero quod sciret appetere, testatur Cujac. *ad African. tr. 1. pr. gl. in l. 4. in verb. non erit ei invidendum. de Usu & habitat. Unde Versus:*

Invidiosus ego, non invidus esse laboro.

II.

Ubi de utilitate alicujus constat, animus invidiosus

dia purgatur. *Jal. in l. quo minus. 2. n. 22. de sum. min. Alex. 2. conf. 174. Gail. 2. obs. 69. n. 30. & 31. Wesenb. conf. 34. n. 21.* Unde alleganti æmulationem merito probatio injungitur. *Gail. 4. loco.*

CAP. CXIV.

De Invito.

Axioma I.

Quibus invitis quis potest alienare, multo magis iisdem & ignorantibus & abscentibus. *l. 26. ff. de R. I.* Plus enim est invito alienare posse, quam absente & ignorante, cum absens alienationi forsitan contradicturus non fuisset, & frustra expectatur præsentia aut scientia ejus, quo invito actus expediri potest. Exemplum est in mandato, si nimirum tibi mandavero, ut domum Sejanam centum emas, utique mandasse videor, ut minoris eam si fieri possit emas. *§. is exsequitur. Inst. de mandat. l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* aliud exemplum reperitur in donatione; qui enim donare potest, quia plus est, poterit etiam vendere & concedere. *l. 165. ff. de R. I.*

Limita (1.) in decurione, qui licet sua prædia vendere non possit, donare tamen potest. *l. 3. C. de præd. decur. (2.) in muliere, cui SC. Vellejanum succurrit intercedenti, non donanti. l. 4. §. 1. ad SC. Vellej. (3.) in Præside provinciarum, qui jus gladii habet & potest vitam adimere, damnare in metallum. *l. relegatos. §. 1. ff. de interdict. & releg. non tamen civitatem.* Hyppolit. à Collib. *ad l. 21. de R. I.**

II.

Invitis etiam Dominis quaritur, quod servi acquirunt. *§. item vobis. 3. Inst. per quas person. nob. acquir. l. servus vel ante 62. de V. O. l. etiam invit. 32. ff. de acquir. dom. l. 1. §. 5. l. peregre. 44. §. 1. ff. de acquir. poss. l. justè 44. §. ult. ff. de Usucap. Cujac. ad l. 1. §. item acquirimus ff. de acquir. poss. Bocer. in Comment. ad tit. Inst. per quas person. cuique acquirunt. n. 21.*

Intellige scilicet commutabiliter, quia potest repudiare, non verò incommutabiliter, & sic in effectu non gaudet invitatus *fac. l. placet. ff. de acquir. hered. Valq. 2. contr. jur. c. 39. num. 1.* ita legatum acquiratur invito, & sit Dominus à morte defuncti scilicet commutabiliter; postquam autem repudiat, fingitur non acquisitum. *l. servum filii 44. §. 1. de legat. 1. l. cum pater 77. §. furdo. 3. de legat. 2. l. à Titio. 64. ff. de furt. l. proinde. 8. §. cert. petat. licet secus sit in fideicommissio, quod non acquiri invito dicitur nisi præcedat restitutio *l. restituta. 37. ff. ad SC. Trebell. l. facta. 63. in pr. ead. Ratio nem diversitatis vid. apud Jal. in l. fin. C. de SS. Eccles. & in l. 1. Commun. de legat. col. 5.**

III.

Invitus nemo agere cogitur. *l. unic. Cod. ut nemo invit. agere & ibi Cujac. in l. fin. C. de Usur. pupill. Aurb. qui semel. quom. & quand. judex. Boer. decis. 255. Unum. in process. judic. Disp. 1. tb. 4. num. 18.* Quia verecunda est cogitatio ejus, qui lites execratur, nec implicari vult negotiis *l. 4. ff. de alienat. judic. mutand. caus. Est enim*

cuius

cuius liberum agere vel non agere l. 5. ult. ff. de except. dol. nec quisquam cogi debet, ut iure suo utatur cum alterius non interfit: cum quilibet rerum suarum sit moderator & arbiter. l. 21. Cod. mandat. sicuti nec accusare cogitur. d. l. unic. quia accusatio ex libera, non coacta voluntate proficisci debet, ne quis alterius interitu latari dicatur. Unde etiam Athenis nulli accusatores fuerunt, nisi voluntarii, ut not. Cujac. hic. vid. Carpzov. p. 3. quest. 104. n. 51. sicut nec quisquam invitatus curator bonis datur. l. 1. §. quæritur de Curator. bon. dand. l. 3. §. si pupillus. de tutel. Anton. Fab. in C. suo de Curat. fur. defm. l. num. 9. ratione potissimum ea, quia Curator satisfacere tenetur, satisfactione autem quæ invitum onerari (excipe nisi ob officium publicum) incivile esset l. hæc stipulatio. 14. in fin. ut legat. nom. cav. Anton. Fab. d. loc. defm. 6. n. 2.

Intellige verum regulariter; non enim procederet quando quis expresse vel tacite se ad agendum adstrinxisset. Exemplum est in diffamatore, qui tacite se ad agendum arctat. Diffamare enim est tacite ad iudicium provocare, & diffamator, eo ipso quod diffamat, ad iudicem diffamati provocare & proinde agere velle intelligitur. l. diffamari. 5. Cod. de ingen. manumiss. Gail. 1. obs. 9. num. 3. ita etiam non procederet, quando lis esset contestata, cum possit quis invitatus cogi ut actionem institutam persequatur. Novel. 112. item cum actor potest cogere eum, cum quo contendit, ut is agat cum alio sua actione. l. 13. §. pen. ff. de act. empt. l. 6. §. massum. ff. locat. ubi Gothofred. l. 8. §. fin. ff. de opt. Lega. Limitari etiam solet per tit. ff. ad SC. Syllan. in quo heres necem defuncti vindicare, illiusque interfectores accusare cogitur. l. 1. ff. de tit. cum aliis nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui custodiam Domini tam a domesticis, quam ab extraneis servis prestare cogantur; ideoque si Dominus occisus sit, recte heres ante omnia necem defuncti ulcisci cogitur. d. l. 1. & tot. tit. ff. ad SC. Syllan.

Deinde exceptiones suas habet hæc regula vel à personâ actoris ratione officii, si alterius sit gestor, procurator, tutor vel Curator l. 9. ff. de negot. gesti. l. 11. ff. mand. vel ex vi obligationis; sic venditor agere tenetur contra tertium ut emptori satisfiat l. 13. §. penult. ff. de action. Empti. Vel à personâ rei, v. g. cogitur quis agere vel terminum petere ad agendum, quia forte reus brevi sit recessurus. Perez. ad Cod. ut nemo invitatus agere vel accusare cogatur num. 1. 7.

IV.

Invitus nemo donat. l. 10. C. de donat. l. 5. ff. de transact. facit. l. 33. ff. de contrah. empt. tot. tit. C. plus valet quod agitur, quam quod simulare concip. ratio, quia veritas rei majores, quam scriptura, vires obtinet. d. l. 10. atque tum demum vera donatio efficitur, quando mens dantis & accipientis concurrunt. l. 13. in pr. ff. de reb. Cred. Just. Mejer. in disputat. de donat. simplic. eb. 8. sicuti nec vendere cogitur. l. 11. l. 13. in fin. l. 14. C. de Contr. empt. l. 1. C. de rescind. vend. nisi certis casibus, veluti testamento iussus l. 66. de legat. 1. vel ratione communionis. l. 13. §. 17. ff. de act. empt.

vel ut publice inedia consulatur. l. 1. §. n. ff. de offic. præfecti. urb. Treutl. disp. 28. §. 3. tit. id. vol. 1. Hunn. p. 2. disp. 2. tb. 3. q. 9.

V.

Invitus nemo quid facere cogitur vid. sup. lib. 1. c. 14. ax. 11. & lib. 6. c. 3. Axiom. 11. quoniam iniuriæ hoc esset proximum. l. 14. C. de C. B. Carpzov. 1. R. 103. num. 5. Ita nemo invitatus emere vendere cogitur. l. 11. C. de contrah. empt. nec locare. l. invitatus. 11. Cod. locat.

VI.

Invito beneficium non datur. l. 69. ff. R. I. l. 156. §. ult. ff. eod. v. sup. lib. 2. cap. 5. axiom. 18. Auferri enim invito quid potest, non dari l. hoc iure. 19. §. non potest. ff. de donat. Sic liberalitas in invitum non confertur. l. nec temere 26. C. de jur. delib. nec bonorum possessio ab invito acquiritur. l. 3. §. 3. de bon. poss. ff. sic etiam nec invitatus arrogari. l. 5. l. 24. ff. de adopt. nec emancipare l. 4. C. de Emancip. nec emancipationem accipere l. 5. C. eod. nec potestatem dissolutam reintegrare cogitur. Welenb. in parat. ff. de adopt. num. ult. Limita in datione libertatis: quamvis enim libertas beneficium sit l. 1. ff. de bon. libert. nihilominus tamen etiam invito datur. l. ult. de manumiss. testam. ita pupillo etiam invito tutorem dari patet ex l. 5. §. 6. ff. de tutor. dat. similiter ei, qui in possessione servitutis est constitutus, invito nec de conditione sua litigari passio succurritur. l. 1. cum seqq. de libent. caus. ita solvere etiam invito debitor quis potest l. quod quis 50. ff. de O. & A. l. quod certâ. 70. ff. de solut. l. acceptam 19. C. de usur. Dd. in l. qui Romæ. 122. in pr. de V. O. Welenb. in parat. ff. de solut. n. 4. cum commodum creditoris respiciat l. solutione. 23. l. solvere. 53. ff. de solut. ita & invitatis honores & dignitates deferuntur, cum Reipubl. intersit bene meritos ad dignitates evehi. l. 3. §. Præses. 15. de muner. & honorib. Dd. ad l. dotem. in fin. de solut. ita inviti etiam Episcopi fiunt. l. 31. C. de Episc. & Cler. ita invitum admonere & corrigere possumus c. novit. 13. de iudic. imò & invitatis portiones deficientium coheredum accrescunt. l. 3. de O. A. ubi Welenb. in parat. vid. plur. apud Gothofred. ad l. 156. ff. de R. I. quæ omnia ut & alia, si quæ sunt, cum rationem aliquam specialitatis in se habeant commiserationis scil. vel libertatis, non male à regula excludi ait Hyppolit. à Collib. ad l. 69. de R. I.

Declarationis causa distinguere licet inter rationem beneficii & rationem juris, seu inter necessitatem consequentis & consequentiam. Ut alicui invito beneficium accedat, non facit ratio beneficii seu conditio, sed ratio juris Bachov. ad §. item vobis. 3. Inst. de condit. & demonstr. fit enim necessario ut accedat, sed non manet apud invitum necessario. Paulò aliter hæc declarat Cujac. in l. 71. de condit. & demonstr. h. e. lib. 17. qq. Pap. cuius tamen interpretatio eodem ferè recedit. conf. not. ad d. l. 69. ubi aliam decl. v.

VII.

Invitus ad sacrum officium regulariter compelli non potest, sed persuadendus est recusans; in recusatione autem pergens, si persona idonea non adsit, licet etiam compellitur. Stryck. in addit.

ad Brunnem. Jus Eccles. Lib. 1. Cap. 5. §. 13. ubi simul respondet ad dictum Apostoli Petri 1. Petr. 5. v. 2.

CAP CXV.

De Joco, Lascivo.

Axioma I.

Qui jocatur, non mentitur. Cujac. ad l. 19. de interrogat. in jur. in lib. 8. qq. Papin. Mendacium enim est species doli. quid enim 14. ff. de dol. mal. Itaque si quis eum, qui jam decessit è vitâ, confiteatur servum suum esse, jocari non mentiri videbitur, l. confessoribus. 13. & seq. l. si ante. 14. de interrog. in jur. fac.

II.

Quod per jocosum fit, non est sinistrè interpretandum. l. 3. §. 3. de injur. Anton. de morator. re-script. c. 4. num. 17. lit. m. nec serio prævertendum i. c. accipiendum. Plaut. in amphytr. act. 3. scen. 2. vers. 39.

III.

Jocus consensui adversatur. Carpov. Defin. Confess. L. 2. tit. 2. def. 19. n. 5.

IV.

Qui aliquid dicit jocandè causâ, nullum exinde præjudicium pertimescere potest. Menoch. l. 1. præsumt. 89. num. 15.

CAP. CXVI.

De Ira, Indignatione.

Axioma I.

Iracundiæ calore quicquid fit, irritum censetur. l. quicquid 48. ff. de R. I. cap. si quis inatus. 2. q. 3. ubi gl. l. 19. C. de inoff. test. ubi Jas. num. 4. & seqq. hanc regulam variè ampliat & limitat. Felin. ad cap. sicut ex luteris. extr. de jurejur. Gædd. 3. conf. Marp. 28. n. 113. Ita enim sæpè innocentes ad crimen adducit. gl. in l. 3. de divort. Ubi iram excusare à culpa, & minuere delictum ait idem gl. in d. l. quicquid ff. de R. I. & quod in consuetudo calore iracundiæ fit, dolo caret. l. 1. §. quæri. 5. ff. ad SC. Turpill. l. 2. ibi seu calorem. C. de abolit. l. aut facta 16. §. causa 2. ibi cum quis per iram ab extraneo. ff. de pæn. d. c. si quis ubi gl. 2. q. 3. c. in. 68. n. 9. 3. per quæ & alia plura additis etiam Philosophorum, Aristotelis & Platonis autoritatibus, Historicorū Valerii Maximi & Agellii exemplis, Theologorum ac etiam sacræ paginæ confirmationibus hanc regulam pluribus comprobatur & exornatur. Tiraq. de pæn. Temp. caus. 1. n. 1. & seqq. cui ad stipulantur Felin. in cap. sicut. n. 2. & num. 4. in fin. de jurejur. Dec. in l. quicquid n. 7. cum seq. ff. de R. I. & ibi Cagnol. n. 6. & 7. Jas. in l. si filium tuum. n. 6. vers. tertio fallit. C. de inoff. testam. Jacob. Boulen in repet. l. Capitalium. §. famulos. n. 195. ff. de pæn. Novel. in tract. ad defensionem n. 82. Duen. reg. 292. in cap. limit. vers. in quo est notandum Boll. tit. de homicid. n. 60. ubi ex auctoritate D. Gregorii dixit difficilius esse irâ contineri, quam miracula facere. vid. Clar. in

pract. §. fin. quæst. 60. vers. est etiam. Carpov. in crimin. p. 1. q. 6. n. 5. Si quidem ira mentis alienationem inducit & rationem perturbat. text. in l. si adulterium 38. §. Imperator. 8. ff. ad L. Jul. de adulter. d. c. si quis inatus. 5. 2. q. 3. Hyppolit. in pract. crim. §. quoniam. n. 62. & num. 66. Gail. 2. obs. 110. n. 36. gignit insaniam, maxime si sit immodica, ein übermäßiger Zorn / prout ait. Luc. de Penn. in l. omnes omnino. C. de decur. lib. 10. Unde Persius satyra 3. inquit:

Nunc face supposita fervere sanguis & ira,
Scintillant oculi, dicis, facis, quod ipse
Non sani est hominis non sanus juret Orestes.

Hinc Bald. in cap. 1. §. si quis. de Pac. tenend. Hominem (ait) iracundiæ calore incensum & commotum sine sua culpa non esse in plenitudine intellectus, cum difficillimum sit justum temperare dolorem, per d. l. si adulterium. §. Imp. add. Farin. 1. conf. crim. 4. n. 14. Et licet contrarium ex l. si non convicit. 5. C. de injur. quod nimirum ea in delictis non excuset, facile desumi posset, cum, si aliter diceremus, nunquam punirentur delicta, nec ullum sit fere delictum quod sine ira committatur; declarationis tamen loco notari poterit, quod calor iracundiæ tunc vitio careat, & impunitus sit, quoties actus sine præjudicio tertii vel adversarii retractari potest, veluti in divortio, l. divortium 3. ff. de repud. fecus si actus sine læsione & præjudicio adversarii retractari nequeat, sicuti in actione injuriarum videre est, ubi revocata injuria calore iracundiæ facta non tollitur læsio injuriati, d. l. 5. C. de injur. Gail. 2. obs. 106. n. 11. addi possunt & ea quæ Bald. retulit in d. l. si non convicit. post num. 2. vers. vel dic. ubi ait quod quædam sint quæ sortiuntur juris effectum, & ista nihil operantur, si calore iracundiæ fiant, quia non procedunt ex animo, sed potius secundum quandam alterationem; quædam vero sint, quæ non sortiuntur effectum, sicuti sunt maleficia, in illis enim non distinguitur an emanaverint calore iracundiæ, vel non, cum maleficia nunquam debeant manere impunita. vid. Aretin. in l. 1. C. si advers. delict. Bertazol. 1. conf. 44. n. 8. ubi tamen limitat, nisi fuerit ira talis & tanta, quæ hominem à mente extraxerit, quod est difficile probare, & hoc in casu non quidem excusabit in totum, sed tantum efficit ut mitius delinquens puniatur. l. 2. C. de abolit. Gail. 2. obs. 110. n. 35. Navarr. in d. c. si quis inatus n. 4. vers. 3. de pæn. distinct. 1. pug. 261. Tom. 1. in magnus. Ludov. Peguer. decis. crimin. 14. n. 15. Honded. conf. 99. n. 45. lib. 1. Grammat. decis. 17. n. 4. vot. 23. n. 20. & decis. 23. num. 6. Welsenb. in parat. de pæn. n. ult. Carpov. 1. qq. crim. 6. n. 4. ubi n. 16. plures limitationes addit.

II.

Ira vel ex justâ causâ provenit, quæ si non in totum, tamen ex parte excusatur, ut delinquens mitius puniatur. Ita parricidium ex ejusmodi irâ commissum tanquam simplex homicidium puniatur. Carpov. Prax. Crim. P. 1. Q. 18. numero 5. Alia verò non provenit ex justâ causâ, quæ in nihilo excusatur. Carp. P. Cr. P. 3. Q. 101. num. 8.

Theo

Theodoric. Criminal. Cap. 10. apb. 4. n. 33. seqq.
Clasen. ad ordin. Crim. p. 516.

III.

Sape iram in clementiam mutatio voluntatis
flectit. l. 5. C. famil. herisc. quod factum non
semper evidenter probandum, sed ex subsequen-
tibus meritis & variis indicis præsumitur. d. l. 5.

CAP. CXVII.
De Irregularitate.

Axioma I.

Irregularitas est nota quædam, seu Canoni-
cum impedimentum, ex facto seu defectu pro-
veniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos Ordines
promoveri, quam promotus in iisdem ministrare
prohibetur. Lancellot. in Instit. Jur. Canon. Lib.
4. tit. 15. §. 5.

II.

Irregularitas non incurritur, nisi in casibus à
Jure expressis. Ziegl. ibid.

CAP. CXIIX.
De Irrelevantibus.

Irrelevantia ad probandum non sunt admit-
tenda. l. neque naturales. 10. l. ad probationem. 12.
C. de probat. c. cum contingat. 36. & ibi gl. de of-
fic. deleg. cap. dilecti filii de Except. cap. quia ve-
rosimile. 10. de præsumpt. adeo ut probatio ejus-
modi irrelevant recepta nullius sit momenti Bald.
in d. l. ad probationem. not. 2. Roland. à Vall.
conf. 47. num. 28. vol. 3. quoniam frustra fit, quod
factum non relevat. l. hæc stipulatio. §. Divus. ff.
ut legat. nom. cav. Bero. conf. 25. in fin. vol. 2. cu-
jusque nullius esse potest effectus Decian. conf.
18. num. 155. vol. 1. cum paria sint quid esse non
probatum, vel esse quidem probatum, sed non
relevare. Joh. Andr. in c. fraternitatis. ibique.
Socin. col. 25. de testib. Vult. 3. conf. Marp. 29.
n. 3.

CAP. CXIX.

De Iteratione, Repetitione,
Geminatione, Multipli-
catione.

Axioma I.

Iteratio in jure non facile admittitur v. c. in
editione Instrumentorum l. 15. de reb. auct. ju-
dic. possid. quam prætor non permittit iterare nisi
ex causa l. 7. de edend. sic & dilationes temere ge-
minari non debent. l. 7. de fer.

II.

Iteratum delictum gravius. l. 3. §. 2. de abigeis.
& ex iteratione facti illiciti diversa oriuntur cri-
mina, quæ unica poena non expiantur. c. 1. de pen.
Boer. decis. 82. num. 10. Carpov. p. 2. crim.
qq. 62. num. 60. & seqq. Ubi hoc axioma li-
mitat.

III.

Id quod ex intervallo repetitur animo delibe-

rato & re penitus beneque discussa factum præsu-
mitur. Paris. 1. conf. 10. num. 5. & 7. & multum
operatur ad validitatem contractus. Bart. in l.
cum scimus. n. 6. & 7. C. de agricol. & censit. lib.
11. vid. omnino prolixè Wesenb. 4. conf. 194. num.
15. & 16. late. Treutl. 1. conf. 5. n. 59.

IV.

Clausula in initio posita censetur repetita in
sequentibus. l. 3. §. filius. 2. de liber. & posthum.
Wesenb. conf. 51. num. 39. in fin. & supr. lib. 3. cap.
de clausula.

CAP. CXX.

De Judæis.

Axioma I.

In quocunque loco Judæi speciatim inter ci-
ves recepti, in eo loco valent eorum Testamen-
ta. Quia talis specialis in civem receptio tribuit
omnia Jura aliis civibus competentia, & sic et-
iam facultatem testandi.

II.

An Judæorum conversio ante extremum Ju-
dicium speranda sit, vid. Stryck. in addit. ad
Brunnem. Jus Eccles. Lib. 1. cap. 6. membr. 1. §. 33.
ubi negantibus jungere se videtur. Nos nihil ob-
stare, neque in Chiliastrum errorem incidere
nos putamus, si affirmemus moti textu Hof-
3. vers. 4. & 5.

III.

Judæi sunt servi Camera Imperatoris Käyserl.
Cammere. Knechte. Kammer. Schaven. Rhet.
Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 4. §. 61. unde inter
Jura Regalia haberi cepit Jus habendorum Ju-
dæorum, ex quâ solâ ratione, quod scil. Jure Teu-
tonico Judæi non sint homines liberi, eosdem in-
capaces esse tutelæ Christianorum asserit Schilte-
rus Exercit. Theor. Pract. XXXVII. th. 19. seqq.

IV.

Judæi non possunt Christiano vendere actio-
nem contra Christianum competentem sub
poenâ amissionis. Revers. Imper. de anno 1551. §.
diesem zu begegnen vers. Es soll auch kein Christ.
ordin. Imper. Polit. de anno 1577. tit. 20. §. es soll
auch kein Christ. Lenz. de Cess. action. cap. 6. n. 1.
seqq. nisi debita non sint usuraria. Carpz. P. 2.
Const. 30. d. 45. & Lib. 5. Resp. 38. quia hic cessat
ratio in d. R. 7. allegata.

V.

Judæi non præstare tenentur evictionem in
Saxoniâ. Franck. in Comm. ad ff. de Evict. n. 324.

VI.

Judæi certis conditionibus recipi possunt & re-
cepti, da ihnen Schutz und Schirm gegeben
wird, à nemine debent offendi. Speckh. 2. Cl. 2.
quest. 16. 17. 18. si tamen Christianis imminet
periculum vel scandalum ex cohabitatione Ju-
dæorum, magistratus impune eos potest expel-
lere. Oldrad. Conf. 87. & conf. 264.

VII.

Judæis non concedenda usurarum exactio,
Gail. L. 2. obs. 5. n. 19. licet nonnullis in locis con-
trarium servetur.

III. Judæi

IIX.

Judæi non possunt esse Medici Christianorum *can. nullus. caus. 28. q. 1. Felin. in cap. 1. X. de judic. neque possunt esse testes contra Christianum. Hipp. de Marfil. sign. 41.*

IX.

Judæo tanquam personæ vili non est deferendum juramentum. Wehn. *Conf. Francon. 85.* neque admittuntur Judæi ad Doctoratum, quia est dignitas. Bart. *in L. 49. C. de decur. Lib. 10.*

X.

Judæus cum Christianâ rem habens punitur extraordinariè, interdum abscissione genitalium *Oldrad. Conf. 333.*

XI.

Judæum occidens an teneatur ordinariâ homicidii poenâ, vid. *Antho. Thesaur. 2. q. 26.*

CAP. CXXI.

Judicare.

Axioma I.

Judicare non est testis Innocent. *in c. cum causam. de testib. Bart. & Dd. in l. qui testamento. §. fin. ff. de testam. Wesenb. 2. conf. 58. n. 25.*

II.

Judicatum dici non potest ab eo qui jus judicandi non habet, vel quod adhuc est in controversia. *l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque jur. stat. l. 2. in fin. ff. de pen. Dd. in l. 2. si quis in jus vocat. non ierit. Myns. resp. 26. num. 4.* ubi addit requiri, ut judex sciat se esse judicem. *arg. l. quæro. 3. ff. de eo qui pro tutor. Bart. in l. multum. ff. de condit. & demonstr.*

III.

Judicare est munus. *l. munus 18. §. judicanti. 14. ff. de muner. & honor. quod qui à se abdicat, se ipsum exonerare dicitur. cap. Pastoralis. 28. in pr. de offic. deleg. Et esse onus, non autem beneficium, omnium melius probat Langovall. in l. Imperium. n. 193. ff. de jurisdict. judicis enim nomine potius carcat, qui nullam profert sententiam, cum à judicando nomen habeat.*

IV.

Qui cito judicat, ad poenitentiam properat. *Conf. Arg. 1. conf. 110. num. 29.* Unde & judex fulminare dicitur, cum intra tam breve tempus sententiam fert, ut de causa perfectè cognoscere non potuerit. Bart. & Bald. *in l. prolatam. C. de sentent. Perus. in c. dilecto. n. 174. de Appellat.*

V.

Quotiescunque super re in jure non decisâ sed dubiâ, semper unanimiter ex certâ ratione fuit judicatum, toties exinde jus oritur & per consequens sequendi necessitas. Quia ex sæpius ita judicatis inducitur consuetudo vel lex. *l. 38. ff. de LL. Conf. Mev. P. 5. dec. 282.*

Limita: nisi circumstantiæ in casu obveniente variant.

CAP. CXXII.

De Judice.

De Judice competentæ. *vid.*

Forum competens.

Axioma I.

Judex est disceptator juris. *l. rem non novam. 14. C. de judic. l. 3. §. 1. ff. de recept. arbit. Dicitur enim disceptare seu dijudicare & cognoscere de partium lite l. cum Clericis. 21. in pr. C. de Episcop. & Cleric. l. 3. §. ibidem. 13. ff. ad exhibend. c. forus. 10. §. judex dictus. de V. S. dictus à jure dicendo quasi jus dicens. l. 1. ff. de jurisdict. Wesenb. in parit. ff. eod. num. 10. secundum Leges & consuetudines, §. 1. Inst. de offic. jud. Gail. 1. obf. 36. quapropter etiam ejus persona reliquis, qui in judicio intervenire solent, dignior & præstantior Schrader. de feud. part. 10. in præamb. num. 2. Unde & totius judicii Dux seu Imperator. Bald. in rub. C. si à non compet. judic. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 44. num. 2. basis ac fundamentum de c. forus extr. de V. S. Vant. de nullitat. ex defect. jurisdict. ord. num. 2. Conf. Arg. 1. conf. 31. Gilman. 1. p. 2. tit. 11. vot. 2. num. 24. juris justitiæ & Dei minister vocatur. l. 1. ff. de just. & jur. l. 2. §. post originem. de O. I. Regner. in quæst. an judex secund. conscient. n. 13. Hinc judicis præsentia omnem doli suspensionem excludere perhibetur. *cap. in præsentia. 6. de renunc. cap. sicut. 16. §. fin. de sent. Gail. 2. obf. 76. num. 7.* nec judex dicitur in quo justitia non sit, cum jure disceptare dicatur juste judicare. *cap. judicet ille. 4. 3. q. 7. Gail. 2. obf. 76. num. 6.* ideoque judice injuste exegente impune resistere possumus. *cap. ex parte. 11. de accusat. cap. ponderet. 14. 50. distinct. ubi Geminian. Petr. de Ancharan. conf. 82. Roman. in l. 11. de re judic. Farin. 1. conf. crim. 4. n. 13. & comparatur privato spoliatori, quoties sine causæ cognitione aliquem suâ possessione privaret. Bart. in l. 2. §. fin. de Custod. reor. Dec. in l. fin. col. 10. C. de dict. D. Adr. toll. & conf. 449. num. 30. Crav. conf. 124. n. 4. ac proinde cessat præsumtio quæ aliis pro eo militaret. Menoch. de recup. poss. rem. 8. n. 8. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 10. n. 108. maxime quando contra communem judicaret opinionem, tunc enim pro imperito habetur & litem suam facere dicitur, partique læsæ ad id quod interest tenetur. Alex. conf. 95. numero 6. vol. 2. Bart. in l. fin. C. de pen. temer. litig. Phil. Matth. 2. conf. Marp. 26. num. 136.**

II.

Judex veritatem diligenter investigare tenetur. *v. infra veritas. Auth. qui semel. C. quom. & quand. judex. ibi. perquisita veritate. l. 2. ibique Dd. C. de edend. l. si non defendatur. 19. ff. de pen. l. fin. ibi veritati semper locum fore. C. de probat. & veritatē & æquitatē ob oculos habere dicitur. l. quod si Ephefi. 4. in fin. ff. de eo quod cert. loco. gl. in l. inter filios. Cod. famil. hercise. Roland. à Vall. conf. 47. num. 24. lib. 3. & conf. 12. n. 3. eod. Regner. Sixtin. vol. 2. conf. Marp. 1. n. 21. Est enim jus quoddam inanimatum, nec ut bilanx videri debet eam in partē plus inclinans unde plus accipiat, cum jus atque justitiam animare & peramare animæ salus præcipit, nec unquam juri animum demere, vel judicando litem protrahere præsumere debet. Ire enim ad judicem est ire ad jus. Arist. lib. 5. Eth. cap. 4. nec quicquam pro decreti interpositione, vel spem ementi pretio præsen-*

præfente vendendo ffordidè recipere audent. *l. fin. C. de præd. Decur. Amaucell. de ear. Aquis. sing. 175.* aliàs redoleret hoc venale habere iustitiam. Coras. ad *l. plebiscitum. 18. de offic. præsid.* sed undiqueque invariabilis, undique irreprehensibilis. Nov. 13. cap. esse cogitur, *ἀνευ παθῶν καὶ ὁμοπολιτικῶς* uti itidem eum esse voluit Imp. Constantinus, quando dixit: *Wann dein argster Feind recht hat / so sprich ihm recht / und wann dein bester Freund unrecht hat / so sprich ihm unrecht / quia sapientia Dei (ait) dilige iustitiam, richtig / wähet ewig / in æquitate adulabilis, in iustitia inexorabilis esse debet. vid. Boeckel. de publ. judic. disquis. 13. inde & manus continentes. Valer. Max. lib. 4. c. 3. & puras cum habere oportet. Nov. 8. c. 8. §. 1. de defens. civit. Nov. 17. c. 5.*

III.

Judicis Auctoritas facit licitum quod aliàs est illicitum. *l. 1. §. idem Pomponius. 5. ff. quod fals. tur. aut gest. Andr. de Isern. in constit. appellat. temp. col. 3.* Excusat enim ea regulariter à poena *l. ait Prætor. 7. §. 2. vers. quid tamen ff. de minor. ibique gl. l. furti 6. §. 2. ibi. qui iussu ff. de his qui not. infam. l. 2. §. Casius. 3. ff. de aq. pluv. arc. gl. in l. si quis id quod 7. ff. de iurisd. l. iuste. 11. de adq. vir. vel amitt. poss. can. qui peccat. 40. caus. 23. qvæst. 4.*

Declara regulam tunc procedere, quando auctoritas est interposita secundum jus & ordinem, aliàs secus est, & nil operatur iudicis auctoritas. Panorm. in c. consultationibus. col. 2. de jur. patron. Marant. disp. 1. qvæst. legal. num. 44. cum imputandum sit parti quod non appellaverit, quamvis qui non juris ordinem servat, actum ejus ipso jure nullum neque excusare, nec necessariam appellationem esse dicat. Panorm. in cap. ad nostram. extr. de iurejur. eodem modo & iustum patris vel Domini filium aut servum excusare dicit. in l. servos. 8. C. ad L. Jul. de vil. 2. de sepulchr. violat. vid. Bart. in l. non solum §. non mandato. ff. de injur. gl. in l. si ea ff. de R. I.

VI.

Judex in re propria quis minimè esse potest. *l. 10. ff. de iurisd. 10. ff. de testib. l. ult. §. pen. C. ubi Senat. vel Clariss. l. unic. C. ne quis in sua caus. jud.* Ratio 1. quia iniquum est admodum in re propria alicui licentiam tribuere sententiæ, cum homines à natura omnes plus sibi quam aliis faveant, & suæ potius utilitati quam alienæ consultum cupiant, quæ affectio judicandi sinceritatem plane corrumpit & impedit *d. l. unic. xbi Obrecht. C. ne quis in sua causa. 2.* quia absurdum, eundem partis & iudicis vice fungi, cum certum sit neminem simul iudicis & partis aut testis officium in una eademque causa obire. *l. ille à quo 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SC. Trebell. Schenck. à Tautenberg. 1. F. 10. ubi omnino vid. Alvarot. n. 4.* Amplia hanc regulam (1) in tantum quod etiam Rex vel Imperator non possit esse iudex in causa propria, sed potius debeat illam delegare. Andr. de Isern. in cap. Imperialem. §. præterea si inter. col. 7. & 8. de probib. feud. alien. per Frider. (2) quod dictum quoad iudicem procedat etiam quoad arbitrum *l. pen. ff. de recept. arbitr. fac. l. 1. ff. eod.*

si nimirum ut arbiter, non vero ut arbitrator consideretur. *l. si libertus 30. de oper. libert. (3)* quod hinc nec in causa suorum liberorum seu familiarum regulariter iudex quis esse possit. *d. l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisd. cum valde periculosum sit permittere, ut pater in causa filii jus dicat, quia in illius potestate omnes alterius fortunæ sitæ sunt, ut ne quidem bonus iudex quicquam auxilii afferre possit, ut in iudicio Agonidis accidisse notat Govean. ad d. l. 10. ff. d. tit. vid. & Carpov. p. 3. qvæst. crim. 104. n. 64.*

Limita I. non procedere in iurisdictione voluntaria *l. si consul. 3. ff. de adopt. l. apud filium 18. ff. de manumiss. vind.* ideoque quis in sua causa filium coram eo emancipare poterit, *d. l. si Consul. Costal. ad d. l. 10.*

Limita II. quando actio tempore esset peritura, puta si periculum esset in mora, tunc enim permittitur cognoscere ad liris contestationem & sic quousque perpetuetur actio. *gl. in d. l. qui iurisdictioni. verb. testis. fac. text. in l. sed si restituatur. vers. sed cum. ff. de iudic.*

Limita III. si causæ essent viles & exiguæ. *l. Senatus consulto. 16. ff. de offic. præsid.*

Limita IV. Ubi consuetudo disponat, quod quis esse possit iudex in proprio facto. *c. 1. de pen. in 6.*

Limita V. Si inter litigantes consanguineos esset paritas affectionis respectu iudicis. *l. non solum. 67. §. 1. ff. de rit. nupt. c. postremo. 36. de appellat.*

Limita VI. in iudice pedaneo juxta *gl. in l. 1. ff. de iudic. per l. 77. ff. de iudic.* hoc enim in casu delegantis potestate fungi dicitur Costal. ad d. l. 10. d. tit. nec iudex potest iudicando recedere à formula à Prætorè præscripta, neque etiam ex affectione iudicare, sed formulam præscriptam sequi cogitur, & consequenter iniquum non est filium patri vel contra iudicem dari. Duar. lib. 12. disp. c. 51. & c. 53. eod. libr.

Limita VII. cum Vasq. lib. 2. contr. jur. cap. 37. quoad exactiones poenarum, atque hoc in casu Dominos territorii iudices in propria causa esse, maxime quando crimina sunt notoria & manifesta, ait Cravetta conf. 801. num. 6. executores cum magis quam cognitores vel iudices videantur Bald. in d. l. unic. n. 1. C. ne quis in sua caus. plane Duces, Principes, aut Comites in causa propria per suos consiliarios de consuetudine iudicare dicuntur, quod de consuetudine Germaniæ testantur duo insignes Germani Joti Zaf. in d. l. qui iurisdictioni n. 20. & Wesenb. 2. conf. 33. num. 43. & hujusmodi consuetudines valere assentit Cravett. conf. 233. n. 8. per text. in c. 1. ibique gl. in verb. punire de pen. in 6.

V.

Judex non impertit officium suum nisi imploratus. *l. 4. §. hoc autem iudicium. 8. ff. de damn. infect. l. 1. c. Ut quæ desunt Advoc. jud. suppl. l. & post peremptorium 73. ibique Bart. de iudic. Auth. qui semel. C. quom. & quand. jud. cap. bona memorie. 4. de postul. Prælat. ibique gl. in verb. curxvimus. Corn. conf. 293. in liem p. 3. Donat. à Fin. in suo enchirid. verb. officium iudicis in pr. Quia ea, quæ ante iudicium contingunt,*

non

non valde ad eum pertinent, nisi nominatim fuerint injuncta, Ulp. in l. 25. §. item sciendum. 8. ff. de edil. edict. add. §. l. 1. §. post. 9. de Nov. oper. nunc. Vultej. 1. conf. Marp. 15. num. 17. Unde & judex de facto nihil, sed tantum de jure sup-
plere dicitur, 1. 1. Cod. ut quæ defunt Advocat. Bart. in d. l. 4. §. hoc autem judicium. de damn. infect. Vivius commun. concl. 1. verb. judex. num. 3. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 7. num. 49.

Limita I. nisi quando judicis officium concernit id, in quo versatur publica utilitas l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. Presid. l. si quis in hoc 10. C. de Episc. & Cler.

Limita II. in casibus, in quibus licet vertatur privata utilitas, concernit tamen honorem in judiciis. l. eos. 6. §. fin. C. de appell. l. judicibus. 24. eod. tit.

Limita III. Ubi officium judicis concernit miserabiles personas. l. nec quicquam 9. §. Advocatos. 5. ff. de offic. Procons. l. sancimus. 28. §. 5. C. de administr. tut.

Limita IV. In emergentibus post litem contestatam, etiam si partis utilitatem concernat d. l. adiles. 25. §. 8. de edil. edict. Ubi Costal. ratio, quia judici statim atque causa cognoscere cepit omnium rerum officium incumbit, quæcunque in judicio versantur; ea vero, quæ ante judicium contingunt, non valde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim injuncta d. l. 25. §. 8. de edil. edict. Wesenb. in parat. de rei vind. num. 7.

Limita V. in his quæ concernunt jus Prætoris l. quos perhibet 7. ff. de postul. item ea quæ ad superiorem reverentiam pertinent ut interpositæ appellations referenter deferre illicitas 9. ff. de offic. Presid. l. congruit. 13. eod. tit. prohibere ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat: curare, ut quieta sit Respubl. providere, ut veritatis causa acta edantur d. l. congruit. §. l. 7. C. de edend. Add. Barthol. Socin. in falent. regul. num. 245. Gilcken. ad l. proponendum. §. 2. C. de judic. n. 3.

VII.

Judici terminare aliquid antequam termini questionis intelligantur difficile est. l. Domitius Labeo. 27. ff. qui testam. fac. poss. Duar. 1. disp. aniverf. cap. 41. Alciat. lib. 5. consil. 5. num. 1. Carpov. p. 3. qq. crimin. 106. n. 10.

VIII.

Judicis factum habetur pro facto partis l. 1. vers. nam invicem C. si in caus. judic. pign. capt. l. 13. C. de evict. Gail. de Arrest. Imp. c. 1. num. 20. Cravett. conf. 887. num. 3. Berlich. decif. 126. num. 3. Unde quando stat per judicem quo minus statuta tempora observari queant, eo ipso dilationem tantisper concessisse intelligitur, ita ut absque damno more ex impedimento per judicem injecto causata, partis exinde impedita jura intacta maneant, Auth. sed & lis & Auth. si appellatione. C. de tempor. appell. non secus ac si per ipsam partem adversam stetit. l. 40. in pr. ff. ubi Bald. de cond. & demonst. Marc. Anton. Bard. de temp. util. & contin. c. 2. & 4.

VIII.

Judex Imperatoris mentem considerare debet. Panorm. in c. ex literis. de dol. c. cum instantia de Censib. Felin. in cap. 1. de rescript. Gylman.

1. p. 2. tit. 11. vot. 2. n. 24. facti enim questio est in potestate judicantium, juris autem auctoritas non item l. 1. ad Municipal. ubi Cujac. 1. resp. Pap. p. 20. l. 1. §. 4. ad SC. Turpill.

IX.

Judex quo excelsior est, eo magis & turpius peccat. Valq. lib. 2. contr. jur. c. 37. num. 12. quia magis delinquere videntur illi, quibus majora committuntur. l. Presbyter. 16. C. de Episc. & Cler. l. 13. §. fin. autem. 8. C. de jud.

X.

Quod Judex turpiter capit, id fiscus aufert. l. Lucius 9. ff. de jur. fisci. Abbas. in cap. cum ab omni. de vita & honest. Cler. col. 2. circ. fin. Valq. 2. contr. jur. cap. 37. num. 33.

XI.

Judex sine causa cognitione procedens non censetur esse judex sed pro privato habetur. Felin. in cap. Ecclesia S. Maria. col. 12. de constit. Princip. Judicare enim non processum de facto, sed causa cognitionem præsupponit, sine qua judicium nullum esse potest. l. judices. 9. ubi Jaf. n. 2. C. de judic. idemque censuit Hyppolit. Marfil. in sua pract. §. successivè num. 3. ubi ait, quod judex non observans juris ordinem vel debitam consuetudinem redigatur ad instar privati, nec juvetur ratione officii, cum in illud deliquerit, quam ob causam casus insolitus & inopinatus dicitur, si ordine judiciario non servato procedatur, teste Natt. conf. 45. num. 22. vol. 3. accedit quod Bald. ait in cap. 1. §. seu furtum & ibid. Afflict. num. 10. de pac. juvam. firm. quod cognoscere juris ordine non servato sit auferre, vid. & Marfil. in pract. sua. §. 2. num. 69. & §. expedita. num. 57. siquidem judex jus & justitiam administrare non censetur, quando ordine judiciario non servato procedit & decernit, arg. eor. quæ notantur per gl. in l. juste ff. de acquir. vel amitt. poss. Bart. in l. meminimus. C. unde vi Panorm. & Bero. in c. congerente. de rescript. spol. fac. text. in l. si pacto. 14. ibi nam bona adversarii tui in te transferri citra solennem ordinem frustra de precaris C. de pact. Huc pertinet quod ait text. in l. nec Magistratus 32. ff. de injur. nec Magistratibus licere injuriose aliquid agere, imò Innocent. in cap. deberet. de sentent. Excomm. in 6. proficitur quod non solum Clerico, sed etiam Laico licet se defendere etiam contra judicem ordinarium, qui ordine judiciario non servato injuriam sibi vel in rebus vel in personis facit. Sic & Jason inquit in l. ut vim. num. 9. vers. secundo limita. ff. de just. & jur. quod judici de facto aliquid facienti possit de facto resisti, quod idem traditur in speculo juris Saxonici artic. 78. lib. 3. Unde quoties judex sine causa cognitione aliquem sua possessione privaret, privato spoliatori comparatur. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de custod. reor. Dec. in l. fin. col. 10. C. de Edict. D. Adr. roll. & consil. 449. num. 30. Cravett. conf. 124. num. 4. proindeque præsumptio, quæ alias pro eo militaret, cessat. Menoch. remed. 8. de recup. poss. num. 8. ac impune ei resisti potest l. prohibitum. 5. C. de jur. fisci. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 9. in fin. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 10. num. 105. cum taliter res suas auferri ipsi concessum

cessum non sit. c. conquirente. 7. de restit. spoliat. l. 2. C. si pervim vel alio mod. l. auctoritatem. 3. d. l. meminerint. 6. Cod. und. vi. Dd. in l. unic. C. de prohib. sequestr. Diaz. in tract. regul. & fallent. verb. spoliatus.

XII.

Judex regulæ juris inharere debet, ubi diserte de Exceptione non docetur. Bald. ad c. 1. n. 2. & 6. extr. de alienat. judic. mut. caus. l. si tutor. 6. in fin. C. de servo. pign. dat. manumiss. & in cap. 2. de feud. dat. in vicem L. Commiss. Dec. ad l. 1. num. 8. ff. de R. I. Felin. ad c. quoniam. num. 4. extr. Ut lit. non contest. VVesénb. 1. conf. 7. num. 7. adeo ut exceptione non probata seu in iure non existente, si contra Regulam judicaverit, litem suam fecisse dicatur. Octav. Cacheran. decis. Pedemont. 12. num. 2. Schrader. de feud. p. 10. tit. de Pers. min. prin. sententiaque nulla sit, quia contra jus constitutionis lata apparet. l. si expressim. 16. ff. de appellat. l. 2. C. quand. prov. non est necess. Bart. Jaf. Duar. ad l. praes. 27. l. cum prolatis. 32. ff. de R. I.

XIII.

Judici incompetenti impunè non paretur. gl. in cap. veniens. ver. propter contumaciam de Accusat. & in l. 2. ff. si quis in jus vocat. non terret. Dec. in l. fin. num. 16. ff. de jurisd. quia ubi iudex competens non est, ibi deficit iudicium. Bald. in l. Clarum. C. de Aut. praes. and. Barbat. conf. 50. col. 3. in fin. vol. 1. Conf. Rubr. de foro competenti.

XIV.

In iudicem suspicio nulla cadere debet, l. 16. C. de judic. fallit tamen sæpissime hæc regula, sic statim iudex suspectus redditur ob suspectum affectum non remotum. Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 485. n. 24. plures suspensionis causas vid. apud Umm. disp. 1. tb. 9. num. 52. & 54. Lanfr. ad c. quoniam c. 3. n. 10. Aufser. in tract. de recusat. n. 3. Morl. 1. in tract. de jurisd. in præmiss. n. 200. cum seqq.

XV.

Ex quacunque causa potest repudiari testis, ex ea etiam potest recusari Iudex.

Ratio: quia facilius haberi potest iudex quam testis, & à iudice plerumque majus imminet periculum quam à teste. Ita ergo ob vinculum sanguinis proximum cum adversario, aut nimiam erga eundem affectionem, item ob inimicitiam capitalem potest testis repelli l. 3. §. 11. ff. de testam. ergo etiam Iudex. l. un. C. ne quis in sua causa & cap. 36. X. de appellat.

Declarat: ut tamen prudentis iudicis arbitrium hoc casu non sit excludendum, cum non adeo accuratè omnes suspensionis causæ unà regulâ possint comprehendi. Carpz. in Proc. Tit. 3. art. 4. n. 94.

XVI.

Quoties omnes de Collegio suspecti, vel tot suspecti, ut reliqui causæ cognitioni non sufficiant, toties totum Collegium potest recusari. Cap. 13. in fin. X. de foro compet.

Ratio: quia sic eadem ratio recusandi totum Collegium adest, quæ aderat quoad iudicem, nam & sic grave erit coram tali collegio litigare l. 16. C. de judic. & c. fin. caus. 3. q. 5. ob litem

igitur, quæ cum uno ex Collegio mihi intercedit, non poterit totum Collegium rejici. Mev. P. 1. dec. 194.

XVII.

Optimum est iudicis arbitrio quam minimum permitti, ut ex Aristot. 1. Rhetor. 1. benè monet Scip. Gentil. lib. 4. de donat. interv. & uxor. cap. 9. vid. plura ad hanc rem pertinentia supr. lib. 1. Cap. arbitrium.

XVIII.

Judicis iussus excusat à dolo gl. in c. dixit Dominus. 14. q. 5. Tiraq. de pen. temp. caus. 34. n. 4. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 4. Dn. Barbof. ad cap. perlatum 8. qui fil. sint legitimi. adeo ut aliquando ejus auctoritas excuset à delictis. l. 53. & ibi Anton. Fab. in rat. lit. C. de pact. Iussus tamen iudicis illegitimus & non servato juris ordine factus non præstat justum titulum. Cothman. 2. conf. 67. Incipit. Aetinter Volradum. n. 15.

XIX.

Multa pendent & in civilibus & criminalibus ex motu iudicis l. 10. C. de accusat. l. 21. §. 3. de testibus. Sæpius enim voluntate magis, quam legitima auctoritate lites dirimuntur. §. 17. constit. tanta. de Confirmat. Digest. Treutl. 1. disp. 1. tb. 8. lit. C. Unde rectè monet Capolla, expertum se esse, esseque utilem cautelam, ut scil. aliquis bonam causam habens non tantum concludentia sed & frivola adducat. Cum enim quandoque imperiti iudicent, sæpe aliquid per socordiam & ignorantiam committunt. l. 1. §. 1. de ser. instarque boum sunt, ut ait Pap. in form. sequestri in pr. vid. Coth. 1. resp. 18. num. 298. fitque ut magis moveantur ad iudicandum per rationem, quæ minus facit, & aliquando nihil valet, quam per rationem urgentem, quæ eorum capita non intrat, adeo in hoc ipso fallendi sunt, ne erreat, ut ait Quintilian. lib. 2. cap. 17. Unde notabiliter Zaf. de Cumulatione actionum & exceptione præposteratōnis ad §. fin. minus. num. 22. in fin. de Action. scribit: Allegavi istas duas leges, sed non potui obtinere, credo nimis subtilem fuisse Affessoribus. Qvod eo magis servandum, quod Iudices sive ut Carolus V. ait. l. in constitut. crim. art. 158. Es sind viel Richter/die die Rechte nicht gelernt haben/und durch Unwissenheit die Leute beschweren. add. cap. 2. extr. de Excomm. c. 22. extr. de rescript. l. 3. C. de offic. Praes. Præf. Orient. & Illyr.

XX.

Sæpe per conniventiam iudicum multa negliguntur. l. 2. ibi: nec per conniventiam. C. de hæretic. Sed caveant sibi iudices, qui palliant delicta eo prætextu, quasi de iis non satis constaret, non enim evadent æterni iudicis condemnationem. Jul. Clar. §. ult. q. 4. in fin.

XXI.

Judex non debet esse clementior lege. Nov. 82. c. 10. l. ult. C. de compens. hoc enim Imperatori tantum licet. l. 1. C. de LL. vid. Responsum juris. 3. Dn. Parens in racemat. extr. de crimin. stellionatus. ord. resolut. quæst. 2. pag. 39. sed ut non clementior, ita nec severior lege. l. 3. in fin. C.

de Apostat. l. 3. §. fin. C. arb. tutel. nec poenam quancunque (necum mortis) in casu jure non expresso inducere, latè Menoch. de arb. jud. qvæst. cas. 276. incip. cum explicare caperim. per tot. conf. infr. lib. 14. cap. XI. ax. 3.

XXII.

Judex non debet ante prolationem sententia aperire, qualem sit laturus l. observandum. §. ult. de offic. Præsid. l. ubi falsi 22. C. ad L. Corn. de falsi. imò hoc casu teneri poena falsi docet Paris. de Put. intr. de Syndic. verb. corrumpens. §. si tempore. Christian. ad C. lib. 9. decis. 199. n. 26.

XXIII.

Fatuus est judex qui causam in sententia exprimit. cap. sicut. 16. de sentent. & re judic. ibique Panorm. VVesemb. 1. consil. 29. num. 62.

XXIV.

Judicis est certa ratione judicandi perspecta frivolis advocatorum disputationibus non connivere, nec dilationes sine causa permittere. Vigel. in Dialect. præf. fol. 4.

XXV.

Judicis commemoratio loco actionis habetur. Carol. in l. si quis commodo in Lombard. de delict. & gaudimon. Ludov. Carb. in præf. lib. 3. cap. 1. num. 70. Joh. à Sande lib. 5. decis. tit. 4. de fin. 1. ubi tamen nihil allegat, forte quia textus est notissimus in l. ult. C. de fideicom. libert. Unde judicem absurde facturum, si quencquam in plus mitteret, vel ei adjudicaret quam ipse peteret, statuit VVesemb. de damn. infest. num. 6. rationem addit Speculat. citatus à Carpov. p. 2. consil. 7. de fin. 9. num. 5. quod ejus potestas ultra libellum non extendatur. Ampliatur hæc regula, quod non tantum in persona actoris procedat, sed si reus etiam plus debito offerat, judex sequi debeat. l. 29. ff. de re judic.

XXVI.

Judex semel approbatus, improbari amplius non potest Bald. in l. si propria §. 1. ff. de petit. hered. Masc. de probat. vol. 2. concl. 945. in fin. Menoch. conf. 2. n. 39. vol. 1. per l. sed et si suscepit. 52. ff. de judic. Vant. in tract. de nullit. sub tit. de nullit. ex defect. jurisdict. num. 23. & tit. fin. num. 36. neque ex postfacto asserenti aliquem non esse judicem creditur. Bald. in l. gesta. C. de re judic.

XXVII.

Judex gratis officium suum debet impendere. c. cum ab omni 10. de vita & honest. Cler. pecunia enim seu munera judicum animos solent pervertere & coercere, ut non videant jus alterius partis. cap. sunt nonnulli. 114. l. 1. q. 1. Exed. 23. ubi dicitur quod munera excœcent oculos prudentum. fac. cap. qui recte 66. in fin. 11. q. 3. Valsq. lib. 2. contr. jur. cap. 37. num. 35. quapropter si pecuniam recipit, turpiter recipit, & sic cum sit corruptus sententia erit nulla. l. venales. 7. quando provoc. non est necess. c. ei qui appellat. 41. §. venales. 2. q. 6.

XXVIII.

Judex fatuus reputatur, qui ultra petita judicat, l. ult. Cod. de fideicom. libert. l. ut fundus, 18. ff. communi divid. Castrenf. conf. 291. Visis, in princ. vers. & circa pri-

mam lib. 1. Alex. conf. 163. Vifo processu. numer. 5. & 8. lib. 2. Card. Tusch. tom. 4. lit. l. concl. 398. num. 14. Azeved. l. 10. num. 115. cum segg. tit. 17. lib. 4. nova Recop. Valaschi. conf. 145. à num. 8. D. Barbof. in l. si cum dotem in princip. num. 44. ff. soluto matrim. Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 65. in princ. & tit. 66. §. 1.

XXIX.

Judex debet judicare secundum allegata & probata, non autem secundum propriam conscientiam. l. illicitas. 6. §. veritas 1. ubi Bart. & Doctores. ff. de offic. præsid. D. Th. 2. 2. q. 67. art. 2. Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 63. in princip. & tit. 66. in princip. Abb. cap. pastoralis. §. quia verò, num. 8. de offic. deleg. Federic. de Senis consil. 21. Nunquid. n. 2. in princ. Joan. de Imola consil. 83. In casu, in princ. Rimin. jun. conf. 666. num. 47. Azor. Instit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 2. q. 11. in fine Covarr. var. lit. 1. c. 1. Natt. conf. 276. num. 3. vol. 1. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. c. 3. num. 32. Petr. Magdalen. de num. testium in testam. part. 3. cap. 1. num. 18. cum segg. Tusch. lit. l. sing. 60. Hippol. sing. 266. Bern. reg. 377. Jan. Carc. reg. 254. Matien. in dialog. relator. p. 3. cap. 42. Martin. del Rio. in repet. l. transigere. C. de transact. p. 3. num. 139. cum segg. Petr. Martin. in cap. affric. de presumpt. in verb. date infantem. num. 20. cum segg. Flamin. Chartar. de execut. sentent. capto bannito, in cap. ult. à num. 365. Clar. lib. 5. §. fin. qvæst. 66. num. 2. & q. 8. n. 5. Seraphin. de privileg. juram. privi. 2. Anton. Corduba. in qvæst. Theolog. lib. 1. q. 37. Olasch. decis. 1. n. 39. Vivi. Neapol. decis. 178. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 2. cap. 14. Menoch. conf. 92. num. 80. cum segg. & consil. 786. numer. ult. Mascard. de probat. conclus. 948. Cavalcan. decis. 25. num. 5. part. 1. & decis. 19. num. 61. & decis. 23. numer. 10. p. 3. Cened. ad l. decreta collect. 101. numer. 11. Ugolin. de officio Episcopi. cap. 26. num. 3. Cardos. in praxi Judicum, & Advocat. verb. Judex. num. 7. Farinac. in praxi crimin. p. 1. qvæst. 21. num. 163. cum segg. Card. Tusch. tom. 4. lit. l. concl. 398. per totam. Ludov. Miranda de ordine judic. qvæst. 28. art. 3. Sayr. in Clavi Regia. lib. 12. cap. 8. num. 6. cum segg. Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 73. num. 7. Leon. Selli. de justit. lib. 2. cap. 29. dub. 10. numero 84. Octav. Glorit. respo. 10. num. 71. Camill. Borrel. in summ. decis. part. 1. tit. 42. de judic. n. 68. Trivisan. decis. 10. num. 28. & decis. 23. numer. 9. lib. 2. Sigismund. Scacc. de re ju-

rejudic. gloss. 14. q. 1. §. 8. num. 4. & per tot. q. 1. §. 30. Joan. Maria. Novar. super pragmat. Regni Neapolitan. collect. 210. num. 9. Aloyf. Ricc. in collect. decis. 717. & 1129. Greg. XV. decis. 224. n. 5. & 6. Sebast. Goazzin. in defens. reorum. defens. 30. c. 29. à num. 1. Mari. Giurba decis. 99. n. 11. Ludov. de Torres. in 2. 2. D. Thoma. de Justit. disp. 48. dub. 2. num. 4. & 5. Vincent. Carot. sing. 312. ubi ait quod ille, qui potest, vel debet judicare secundum conscientiam, tenetur conscientiam publicam, & legibus munitam non propriam sequi. [judices enim jurant se velle judicare secundum Leges. Nov. 8. & quilibet perjurus esset, si illis omisisset secundum istam conscientiam judicaret, cui adde quod judex teneatur judicare secundum veritatem. l. rem novam. 14. C. de judic. Veritas autem dicitur id quod probatum aut per legem rescriptum. l. pen. ff. de probat. c. 1. c. laudabilem. 5. de frigid. & malefic. imò judicem debere contra privatam conscientiam sequi veritatem probationis, evidenter probat text. in l. ult. §. ult. C. de appell.]

Limita multis modis. Primò, quando conscientia est informata à notorio. Secundò, in Judice, qui est supra leges. Tertiò, in criminalibus, ubi de pœna corporali agitur. Quartò, in jurisdictione voluntaria. Quidò, in Judice, qui potest pronunciare in scriptis, & sine scriptis, refert Corrad. in breviario. fol. 186. n. 18. Sextò, quando nihil est apparenter probatum, Bald. conf. 265. creditor. circa fin. n. 3. lib. 1. Septimò, in arbitrariis Judiciis, Bald. conf. 310. Aut mulierum. 2. lib. 1. Octavò, in arbitrio & arbitratore simul, Lap. alleg. 78. num. 9. vers. quinto. Nonò, in causa taxationis interde, quia si non est probatum in quantitat, potest in conscientia Judex secundum avaritatem illud taxare, & arbitrari, Bald. conf. 270. Ad evidentiam, n. 1. lib. 1. Decimò quando probatum est hinc inde æqualiter, Card. Tusch. d. tit. I. concl. 294. post. n. 2. Denique in Principe ipso, Menoch. de arbit. lib. 1. cap. 8. num. 21. Guñer. canon. lib. 2. cap. 29. num. 17. Morla in emporio juris. 1. tit. 2. de jurisd. omn. judic. q. 1. num. 29. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 2. c. 3. num. 32. Joan. Maria. Novar. d. locum. 9. vers. & sic etiam quando est judex ipse legem. Aloyf. Ricc. collect. 717. vers. nunc limita primo, & collect. 1129. vers. limita tertio. Sigism. Scacc. d. q. 8. num. 54. c. segg. P. Torres d. disp. 48. dub. 4. num. 7. & 8.

XXX.

Pro judice ejusque processu Jura semper præsumunt. l. 1. in fine. ff. de officio Præs. [hic text. à Barbosa citatus plane nihil ad rhombum facit. Elegantior textus in l. 1. C. de præd. & al. reb. min. l. 2. §. si Publicanus. 20. ff. de vi bonor. rapt. l. minus. 2. C. de acquir. possess. cap. in præsentia. 6. de renunciat. [cap. sicut nobis 16. in fin. de sentent. & rejudic. c. bone memorie. 36. §. contra vero de Elect. potest. l. 2. ibi quod non arbitramur. C. de offic. civil. judic.] Marant. de ordine judic. 2. p. 6. in princip. tit. 9. num. 21. Cov. de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 12. vers. ex quibus primò, Menoch. conf. 100. n. 1. cum seq. & de præsumpt. lib. 2. præf. 67. [non enim judex calumniari præsumitur, 43. §. 1. ff. quod met. caus. l. vir bonus. 18. ff. judic. solv. l. 17. §. ait Prator. 5. ff. de appell. l. 137. §. cum ita. ff. de V. O. Carpov. p. 1. constit. 12. defin. 25. n. 3. judicis siquidem auctoritas omnem fraudis & lationis præsumptionem excludit. c. in præsentia. 6. extr. de renunci. c. sicut nobis. 16. §. ult. de sentent. & rejudic. d. l. 1. C. de præd. min. l. pacta novissima. 12. C. de pact. Unde fit quod nullitatis exceptionem judicis confirmatio excludat, Gail. 2. obs. 1. num. 10. Carpov. p. 3. constit. 34. defin. 4. n. 5. ac sententia judicis prætextu lationis non retractetur, l. sub specie. 4. C. de re judic. l. peremptorias. 2. C. sentent. rescind. non poss. l. 2. in fin. C. de quando provoc. non est necess. Gail. 2. obs. 70. n. 9. vid.] Cardin. Tusch. præf. conclus. tom. 6. lit. P. concl. 621. per totam. Surd. de aliment. tit. 1. q. 1. 120. num. 11. ubi intelligit, etiam si à sententia sit appellatum. Seraphin. de privileg. juram. priv. 132. n. 10. cum segg. Mieres. de majoratu. p. 4. q. 1. limit. 1. n. 16. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 698. n. 21. Giurba. in consuet. Messanen. p. 1. c. 14. gloss. 7. n. 2. Ille enim præsumitur pronunciasse secundum quod jus disponit, & prout de jure tenebatur pronunciare. l. miles. 6. §. decem. 1. ff. de re judic. Alexand. conf. 36. in 1. dub. vol. 5. Cravett. conf. 188. n. 8. vol. 1. Octav. Glorit. resp. 9. num. 13. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 32. Bald. in l. fundum. §. in vendicatione. ff. de pign. Capol. conf. 17. col. 5. Card. Tusch. d. concl. 621. num. 4. [Unde & justè possidere dicitur, qui auctore prætoris possidet l. justè. 11. ff. de acquir. poss. l. qui auctore. 137. ff. de R. I.]

Limita, tum procedere si cum causæ cognitione judicialiter parte alterà de cujus præjudicio agebatur citata juxta l. judices. 9. C. de judic. & l. terminato. 3. Cod.

de fruct. & lit. expens. procedatur, secus enim esset si in facto & extrajudicialiter ad unius partis petitionem procederet, quia hoc casu pro iudice vel ejus decreto aut sententia non praesumitur *c. congre-
rente. 7. de restit. spoliat. l. prohibitum est.
5. C. de jur. fisc. lib. 10. l. 3. §. fin. ff. quod met.
caus. l. omnes iudices. 33. C. de decur. Gail.
2. obs. 76. num. 5.*

XXXI.

Judex de damno injuste dato tenetur, e.g. si
naves, quae opportuno tempore abire poterant, in
portu detineat. *l. fin. C. de Navicul. Perez. C. eod.
n. 36. seq.*

XXXII.

iudices non debent propter invidiam aut mo-
lestiam subterfugere causarum cognitionem &
decisionem. Notantur & desides, qui, ne in-
cumbant causarum cognitioni, solent eas aliis de-
legare, ut merito, si quid iniqui interea contige-
rit aut intra tempus causae decise non sint, iudi-
ces detrimentum, quod ex sua negligentia parti
obvenerit, praestare teneantur. *Perez. C. de Ca-
non. Largitional. tit. n. 6. Brunnem. ad l. 2. C.
eod. tit. Imprimis autem Judex incurrit poenam,
si non inquirat in delicta publica, & de Syndica-
tu tenetur; nam Judex non inquirens litem suam
facit. Brunnem. C. de Strator. n. 2. Judex dissi-
mulans delictum officialis alterius officio se im-
miscens punitur. Perez. C. de Numerar. n. 14.
Judex dissimulans quod Nuncii latitiae publicae
quid exigant vel immodicum accipiant, infamia
& bonis, eorum officiales 30. libris auri, ipsi ali-
quando & gravius puniuntur. *l. 1. 2. C. publica la-
titia. Perez. ibid. n. 9. seqq.**

CAP. CXXXIII.

Judicis Officium.

Axioma 1.

Quando verba Legis ita concepta sunt ut diri-
gantur ad iudicem, tunc non actio sed iudicis offi-
cium locum habet. *gl. in l. foror. C. de Collat. Bart.
in l. 1. col. 3. de condit. ex L. VVesemb. P. 1. Conf. 7.
n. 7. cui tamen contradicere videtur l. 3. C. de pact.
Ubi verba concepta sunt in iudicem, & tamen ac-
tio praescriptis verbis ex pacto traditione firma-
to, quod in se synallagma continet, producitur.*

Limitat ergo Sichardus *ad d. l. 8. praedictam*
regulam, quod illa procedat in dubio, secus, si
ratio subjectae materiae ejusmodi sit, ut producat
actionem, vel ut Dec. ait, quod praedicta regula
vera sit, nisi verba directa in iudicem tantum exe-
cutionem praeseferant. *ad d. l. 8. col. 2.* Respon-
deri etiam poterit, quod licet hoc in casu actio da-
ri possit, nihil tamen absurdum esse, si dicitur (prae-
sertim si causa manifesta sit) brevi manu per nu-
dam implorationem officii iudicis posse procedi,
atque sic *in d. l. 8.* Imperatorem de eo remedio
juris esse locutum, ita sentit VVes. *d. l. 8.* Sed non
sunt captanda verba Imperatoris; licet enim ali-
quando haec opponantur compelli aut cogi per
praeiorem aut per iudicium, tamen saepius prae-

sertim in Cod. & iisdem verbis remissio ad reme-
dium iud. ordinarium locum habet. *l. 24. de R.
V. l. 10. C. de distr. pign. l. 1. C. de fideiuss. l. 14. C. F.
Ercisc. v. Dn. Parent. tr. de jur. soc. c. ult. n. 21.*

II.

Judicis officio quae debentur non sunt in obli-
gatione. *l. quiper collusionem. 49. §. fin. ff. de act.
empt. ubi Bald. fac. l. Maria de manumiss. testam.
c. nos quidem. 3. cap. si heredes. 6. cap. tua nobis.
17. extr. de testam. Pantfich. 2. quest. praest. 6. nu-
mer. 26.*

III.

Judicis officium finitur sententia dicta. *l. ju-
dex posteaquam 55. de re judic. VVesemb. 2. conf.
99. n. 5.*

CAP. CXXXIV.

Judicium.

Axioma 1.

Judicium certum super re incerta dari non po-
test. *c. grave. 73. ut q. 3. Wesemb. 2. conf. 89. nu-
mer. 9.*

II.

Judicio qui se opponit, turbare dicitur. *vid.
infr. cap. turbatio.*

III.

Nulla major gloria quam praesse judiciis, per
quae conservatur hominum societas. *l. 12. C. de
dignit. Bodin. lib. 3. de Republ. c. 3. Schoenborn.
3. polit. cap. 39. Sebast. Vant. tract. de nullit. tit.
ex defectu. juris d. 10. num. 45. Summos enim ho-
mines conciliat qui operatur decidendis litibus. l.
semper 5. in pr. ff. de jur. immunit. 3. §. 1. quod
met. caus. l. ult. ibique. Salicet. n. C. quoniam pro-
voc. non est necesse. l. 17. ff. de offic. r. sed. c. ut de-
bitur 59. de appellat. Gratian. de c. 120. n. 2. lib. 1.
& decif. 284. num. 22. Nolden. distat. nobil. c. 17.
num. 185.*

IV.

Judicium censetur esse integum quod pluri-
morum sententiis confirmatur. *ap. prudentiam.
21. post. princ. vers. illa quippe sut. de offic. deleg.
c. in Canonis. 6. 19. distinct. c. de quibus. 3. &
ibi gl. 20. distinct. l. 1. ff. de Sentor. Speculat. in
tit. de advocat. §. nunc inimus, n. 6. & seq.
quia quod a pluribus sapientius quaeritur, facili-
us invenitur. Malvet. in tract. de Canonizat. Sanct.
dub. 2. n. 40. & per ampliores homines perfectius
sima veritas revelatur. l. fin. sub fin. C. de fidei-
comm. c. extra conscientiam. distinct. 64. ibique
gl. 1. Conf. Arg. 1. conf. novum. 57.*

V.

In judiciis non debet esse acceptio persona-
rum. *cap. novit. 13. de judic. & cap. in judicis. 13.
de R. I. in 6. Ludov. Gome. ad §. item si quis.
Inst. de action. num. 42. Serenda enim est aequa-
litas. d. cap. novit. §. ceterum de jud. Phil. Matth.
ad l. 41. ff. de R. I. Gail. 1. obs. num. 14. nec ju-
diciu claudicare debet. c. cum inter. 5. ubi
gl. ibid. in verb. judicare. de except. Gail. d. loc.
num. 14. & hoc regulariter procedit, secus enim
est in casibus a jure expressis. Alex. l. fin. col. 2.
vers. & allegat. C. de edict. Exemplum vid.*

in Ludov. Gomez. ad §. item si quis Inst. de act. num. 42.

VI.

Judicia æquiparantur aliquando magis ultimis voluntatibus quam contractibus. *l. non est mirum. 26. ff. de pignor. act. ubi pignoris constitutio à Magistratu & in testamento facta æquiparantur. l. i. §. si pupillis. 6. ff. de mt. distib. l. qui testamento 20. §. 4. ff. de testam. l. si sciens. 26. de contr. empt. Pantfchman. i. qvæst. pñct. 19. n. 59.*

VII.

Judicium est individuum nec potest pro parte valere & pro altera parte non valere. *gl. in l. fin. ff. de jurisd. qvàm communem affirmat Decius. ibid. & Zas. n. 16. nisi qvando ratione summæ separationem reciperet, puta cum plures summæ ex diversis essent causis, quas & actor ex industria simul deduxit & cumulavit; hoc enim casu poterit judicium in uno capite valere, in altero non valere. per l. qvædam. 41. ff. famil. hercis. l. Camelia. 24. de jure patron. Menoch. i. arb. jud. qvæst. 41. num. 10.*

VIII.

Judicia sunt juris publici Zas. in enarr. jur. civil. iit. de just & jur. ratio, qvìa si judex est juris publici, sequitur per locum à conjugatis & judicia ejus juris esse; anteqvàm enim jus civile conditum, erant judicia orta. *cap. per venerabilem 13. §. rationibus. ibi si difficile & ambiguum apud te judicium extr. qui fil. sint legit. Ludov. Gomez. ad §. supereft. Inst. de act. num. 35. Intelliges il. qvoad semet ipsa, non verò qvoad exercitium & administrationem, vid Zas. ad l. i. §. hujus de justit. & jur. n. 10.*

IX.

Judicia publica sunt criminalia. *l. i. C. qvando civil. act. crimin. prejud. Clar. in prax. §. fin. q. i. vers. i. in fin. Blanc. in pract. crim. vers. visis indicia post. numer. 158. vers. secunda opinio. ubi ait, ad cognoscendum, an judicium dicatur civile vel criminale, non debemus perpendere, utrum pœna applicetur fisco vel parti, sed modum agendi, per qvem dignoscitur judicium civile à criminali, nec inspicere finem vel effectum judicii, sed originem & principium l. 22. ff. de his qui not. infam. l. tamen si u. ff. ad SC. Maced. Farin. i. conf. 85. n. 39.*

X.

Judicium ubi cœptum est, ibi finiri debet. *l. ubi cœptum. 30. ff. de judic. [nec emergente privilegio alio evocari aut deduci negotium de qvo agitur potest. l. si quis postea. 7. ff. de judic. l. pen. ff. de jurisd.] gloss. in cap. proposuisti. de foro compet. Federic. de Senis consil. 97. Qvoni- am numer. 3. Anton. Gabr. commun. lib. 2. tit. de judic. concl. 1. Afflict. decis. 354. num. 3. & 4. ubi intelligit, si opponatur dependentia litis, Surd. consil. 57. numer. 2. & consil. 222. numer. 11. Cardinal. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 487. per*

totam Cardos. in praxi Judicum, & Advocat. verb. lis. numer. 35. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. 596. numer. 3. in 1. edit. aliàs resol. 523. num. 3. in 2. edit. Hieron. Fernandez de Ottero in interpret. cap. gratum. de offic. deleg. numer. 18. Giurba decis. 23. numer. 1. cum seqq. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. c. 906. numer. 5. Joan. Maria. Novar. in praxi elect. & variat. fori, qvæst. 6. numer. 1. sect. 2. pag. 144. & qvæst. 20. numer. 9. & sect. 1. qvæst. 1. numer. 30. pag. 30. Et procedit tam in principali negotio, qvàm in alio, etiam ab eodem originem trahente. Polyd. Ripa. observ. 104. numer. 2. & 3. Fach. controvers. lib. 11. cap. 78. & tam ad cognoscendum, qvàm ad exequendum. Mari. Giurba d. decis. 23. n. 2.

Limita multis modis. Primò, in contumacem. Secundò, ubi prius judex esset negligens. Tertiò, si non potest consequi implementum Justitiæ coram primo. Qvartò, si superveniat urgens necessitas. Qvintò, si ex privilegio possit declinare. Sextò, in delegatis cum clausula, si non omnes, &c. Septimò, in crimine hæresis. Octavò, si actum esset coram arbitro, qvìa poterit agi coram ordinario soluta pœna. Qvos omnes refert Felin. in cap. ex tenore, numer. 15. cum seqq. de rescripti. & aliquos apud Jas. in l. nulli, numer. 6. cum seqq. Cod. de judic. Nonò in judicio executivo. Anch. consil. 363. Si advertatur, numer. 4. Jas. consil. 9. lib. 1. Castrenf. consil. 87. numer. 3. lib. 1. Decimò, si primum judicium esset nullum, & tale per qvòd non possit procedi ad definitivam, Fulgos. consil. 219. Visis. n. 2. Undecimò, si per appellationem, reculationem, vel superioris revocationem aliud fieri contingat, Federic. de Senis d. consil. 77. num. 3. vers. notandum, refert Cardin. Tusch. d. conclus. 487. numer. 18. cum multis sequentibus. Duodecimò, qvando judicium non ex voluntate, sed ex necessitate cœptum est, Bernard. reg. 282. Anton. Gabr. commun. opin. tit. de judic. concl. 1. num. 23. Stephan. Gratian. d. tom. 5. c. 909. numero 19. Denique limitatur in miserabilibus personis, qvæ omisso judicè, coram qvo cœptum est judicium, ad Principis forum convolare possunt. Bellug. in specul. Princip. rubr. 23. n. 2. vers. sed pone. Ursil. ad Afflict. decis. 257. n. 2. Thesaur. decis. 177. numer. 6. Vincent. de Franch. decis. 100. in fin. Cancer. var. resolut. part. 2. cap. 2. de jurisdict. omn. judic. numer. 26.

Castill. *contro. lib. 3. cap. 25. num. 34. cum seqq.* etiam si cum persona miserabili non miserabilis connexa sit. Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. fori, quest. 6. num. 3. vers. declara.*

XI.

Judiciis quasi contrahitur, l. 3. §. *idem scribit. 11. ff. de pecul. l. 2. ff. de pretor. stipul.* Cevall. *communium contra communes. tom. 4. quest. 89. n. 887.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de favore cleric. reali. §. 1. numer. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 6. num. 171.* Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. fori, quest. 20. numer. 8. sect. 2. pag. 183.*

XII.

In judiciis debet servari æqualitas. Vide *suprà lib. 1. c. æqualitas. ax. 8.*

XIII.

Judicium semel extinctum amplius reviviscere non potest, l. *qui res 98. §. arcam. 8. ff. de solut. l. ejus qui, 29. §. fin. ff. de jure fisci.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. suscepit liberos. num. 19.* C. *de revoc. donat.* Surd. *decis. 51. num. 5.* quos refert Octav. Glorit. *resp. 8. num. 34.*

XIV.

Judicium idem est de toto quoad totum, & de parte quoad partem, l. *quæ de tota. 76. ff. de rei vendic. l. à Titio, 108. ff. de verb. oblig. l. juris gentium 7. §. adeo. 6. ff. de pactis; cap. pastoralis. 28. §. 1. & ibi gloss. verb. citationis, de offic. deleg. cum aliis, de quibus Everard. in topicis legalib. loco 80.* Intellige, nisi detur diversa ratio. Flamin. *Parif. de resignat. benefic. lib. 6. quest. 2. numer. 111.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. quest. 14. num. 32.* Vincent. *Fusar. de substat. q. 308. num. 63.* Stephan. *Grat. discept. forens. tom. 4. c. 676. num. 16. & c. 792. n. 4. & c. 796. n. 14.*

CAP. CXXV.

Jura.

Axioma I.

Quando duo jura contraria in materia quadam reperiuntur, illud attendi debet quod specialius. *arg. l. Decurionibus. 3. C. de silentiar. Bart. & Bald. in 1. Const. C. §. si quis vero reg. generi per speciem. de R. I. in 6. l. 1. §. hoc autem. 12. de nov. oper. nunc. ubi Bart. Alex. in l. sanctio. de pen. c. dudum. cap. quamvis. de præbend. in 6. Jas. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. n. 5. Pantfchm. 2. q. præf. 17. n. 49.*

II.

Jura sanguinis non mutantur. l. *jura sanguinis. 8. de R. I. nec pactis subjacent. l. jus agnationis. 34. de pact. ratio assignatur. in §. pen. ibi divina quadam providentia constituta. Inst. de jur. N. G. &*

C. *ubi in commentario suo prolixè. Vultej. vid. Hænon. lib. 3. disp. jurid. disp. 3. add. l. 8. de R. I. Wefenb. 1. conf. 2. num. 59.*

III.

Jura vigilantibus scripta sunt, non dormientibus. l. 6. §. 7. l. *pupillus. 24. in fin. ff. quæ in fraud. cred. l. 16. ex quib. caus. major. l. 21. ff. de pecul. l. 2. C. de annal. præscript. Wefenb. 1. conf. 41. num. 131. vid. infr. lib. ult. c. Vigilantes.*

IV.

Jura paulatim crescunt. §. 5. *Inst. de hered. qual. & diff. pr. Inst. de L. Falcid. §. 1. & 5. Inst. de fideicom. hered. pr. Inst. de Codicill. §. 3. Inst. de testam. ordin. §. ult. de testam. milit. pr. Inst. de servil. cognat. sequentes enim leges, quæ habentur in Cod. & Novellis, semper aliquid correxere. Nov. 39. cap. 2. Speciale enim & novissimum derogare generali & antiquiori notum est ex l. fin. ff. de constit. Crescentis juris exempla. vid. supra cap. de Incrementis juris.*

V.

Jura juribus expedit concordari. l. *sed & posteriores, 28. ff. de legib. l. non novum. 26. ff. eod. tit. l. precipimus. 32. in fine. C. de appellat. l. unic. C. de inoffic. dotib. cap. cum expediat. 29. de elect. lib. 6. Mantu. lib. 3. Dial. 59. à princ. & dial. 71. D. Barbof. in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. num. 7. & 8. Nam correctio jurium est vitanda, ut dixi supra lib. 3. cap. correctio. ax. 11.*

VI.

Jura promptiora sunt ad liberandum, l. *favorabiliores, 125. ff. de reg. juris. l. absentem. 5. ff. de penis, Octav. Glorit. resp. 1. p. 3. n. 61.*

VII.

Jura potius se adaptant ad ea quæ frequenter, quam ad ea quæ raro eveniunt. l. *nam ad ea. 5. ff. de legib. l. Jura. 8. ff. de Legib. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 14. Menoch. remed. 2. adipisc. possess. num. 111. ubi de intellectu hujus Axiomatis.*

CAP. CXXVI.

De Juramento.

Axioma I.

Quicumque habet potestatem transigendi, ille habet potestatem juramentum deferendi.

Ratio: quia juramentum est species transactionis l. 2. ff. de jurejur. Hinc ab uno ad alterum valet argumentum; utrinque enim id agitur, ut à lite discedatur & jus aliquod remittatur. l. 1. ff. eod.

Exempl. potest igitur juramentum deferre principalis, procurator universorum bonorum vel speciale habens mandatum l. 17. §. fin. ff. de jurejur. ex eadem ratione etiam infamis juramentum deferre potest. Brunneman. in process. Civil. cap. 2. n. 4.

II.

Quousque transactio non est licita, eousque nec juramenti delatio. Ratio est in axiom. præced. Exempl.

Exempl. ita ergo non valebit iuramenti delatio super relictis in testamento, verbis testamenti nondum inspectis *l. fin. C. de Jurejur.* quia nec transactio. Idem est in causis matrimonialibus. Contra in actione depositi valebit iuramenti delatio, quia etiam transactio *Brunnem. in Process. Civil. cap. 13. n. 9.*

Declarata, ut procedat in iuramento voluntario & judiciali, non etiam in necessario vid. *Zaf. ad ff. h. r. n. 45.*

III.

Quodcumque juramentum pars parti defert extra iudicium, illud est voluntarium, dependet enim ex mera voluntate partium, quia praestari poterit vel non. *l. 5. pr. ff. de Jurejur.*

IV.

Quodcumque juramentum pars parti defert in iudicio, illud est iudiciale. quia hoc non valet, nisi à iudice fuerit approbatum *l. 12. §. 1. C. de reb. Cred.*

V.

Quodcumque juramentum iudex parti defert in iudicio, illud est necessarium, quia hoc sine iustissima causa recusari nequit *l. 12. §. 2. C. de reb. Cred.* nec referri; sic enim referendum esset iudici, quod absurdum, cum ejus causa non agatur. Exemplum est in iuramento suppletorio & purgatorio, de quibus *infra.*

VI.

Quoties alteruter solus facti notitiam habet, toties relationi iurijurandi locus non est. *arg. l. 1. §. fin. C. l. 13. ff. Rev. amor.*

Ratio, quia super facto proprio vel juranti tantum noto ipsius conscientiam onerare licet. *Carpz. in Proc. Tit. XI. art. 4. n. 36.* ne alioquin veritatis occultetur & perjuriis via aperiatur.

Exempl. non ergo audiendus erit ille, qui referre vult Juramentum, quod ipsi erat delatum in re, quæ in solo ejus animo adeundi consistit; uti si jurare deberet, an animo adeundi hereditatem hunc vel illum actum gesserit. *Hartmann. Pist. obs. 184. num. 6.* Pariter nec audiendus heres, qui fideicommissario eidem deferenti Juramentum juxta *l. ult. C. de fideicommiss. §. ult. Inst. cod.* illud vult referre, cum heres hujus rei tantum habeat notitiam. *Carpz. P. 3. C. 8. def. fin.*

Declarata, ut procedat imprimis de Juramento veritatis; juramentum enim Credulitatis de facto alieno facilius deferri & referri potest *Mev. P. 1. Dec. 16. C. Carpz. P. 1. C. 12. def. 1.* Quamvis nec hic discreti iudicis arbitrium sit excludendum *Brunnem. ad d. l. 11. §. 6.*

VII.

Quoties iudex supplendæ probationis causâ juramentum imponit, toties est suppletorium; quoties verò elidendæ præsumtionis causâ, toties est purgatorium.

Ratio, quia priori casu inopia probationum Juramento suppletur, posteriori verò indicia contra reum facientia purgantur. *cap. 8. X. de purgat. Canon.*

Exemplum prioris est in omnibus causis, nisi ex quibus ingens lucrum ad jurantem est perventurum. *Gail. Lib. 1. obs. 108. n. 11.* aut criminali-

bus gravioribus *arg. l. fin. C. de probat. Carpz. P. 1. Conf. 23. d. 11.* vel matrimonialibus; in his tamen admittitur, si circumstantiæ & æquitas hoc exigant. *Carpz. L. 3. Resp. 57. & Jurispr. Conf. L. 3. def. 46.* Posterius verò sive purgatorium Juramentum non facile admittitur in Criminalibus. vid. *Carpz. Prax. Crim. P. 3. Q. 117. n. 55.*

VIII.

Quoties ob defectum probationis iudex defert Juramentum, toties probatione noviter reperiâ idem rescinditur. *l. admonendi 31. ff. de Jurejur.*

Ratio: quia cessante causâ cessat effectus, nec poterunt hōc casu partes dici transgressæ, cum à iudice, parte invitâ Juramentum sit delatum.

Declarata: ut locum saltem habeat in iuramento suppletorio.

IX.

Quoties adest dolus in restitutione rei nostræ commissus, toties præstatur Juramentum affectionis. Quoties verò saltem adest culpa, toties præstatur Juramentum veritatis.

Ratio prioris: quia sic invitus quis tenetur rem suam vendere, idē ergo aliquid indulgendum est affectioni actoris.

Ratio posterioris: quia in culpa tanta non est nequitia, hinc etiam hoc casu iudex æstimat, non pars *l. 4. §. fin. ff. de in litem jurand.*

Declarata prius: modò res sit talis, cujus pretium pro diversis temporibus variat, secus si sit fungibilis, uti nummi. *l. 3. ff. de in lit. jurand. ibiq. Brunnem.*

X.

Quoties agitur de re nostrâ nobis restituenda, toties, si illa per dolum vel contumaciam non restituatur, poterit præstari Juramentum in litem seu juratō æstimari, quanti nostra intersit.

Ratio: quia alioquin non posset iudici constare, in quantum alter foret condemnandus, cum quilibet censeatur omnium optimē scire rei suæ pretium. *l. 8. ff. de in litem jurand.*

Exempl. habet igitur hoc Juramentum locum in rei vindicatione actione confessoriâ hypothecariâ, in actione doli, quod metus causâ, item in actione depositi, pignoratitiâ, Commodati, directè non etiam contrariâ; Nec in actione empti, quia hæc saltem de re, quæ nondum nostra est, nobis tradendâ datur, non verò de re nostrâ nobis restituendâ *l. 4. C. de act. empti. Conf. Zaf. ad ff. in lit. jurand. n. 2. & 3.*

XI.

Mares jurant erectis duobus digitis dextræ, formine appositâ dextrâ ad pectus sinistrum. Alicubi moris est, tres digitos, pollicem, indicem & medium erigere in honorem SS. Trinitatis. *Baldum. de cas. conscient. Lib. 2. c. 9. cas. 6.* Qui verò dextrâ caret, sinistrâ jurare potest. *Bocer. Class. 6. Disp. 8. th. 119.*

XII.

Juramentum vocatur religio. *l. videamus. 4. §. deferre. 1. de in lit. jur. l. si quis 11. C. de reb. cred. l. fin. C. de fideicommiss.* adeo ut certum sit iusjurandum non aliter valere, nisi metu religionis, ac proinde fidem & societatem omnem religioni

gione contineri Arnif. *de majest. cap. 5. n. 2.* Unde & liberis hominibus tormentum quoddam esse dicitur apud Plutarch. in *quæst. Rom.* quod & ipsum cæteris tormentorum oneribus & tutius & expeditius esse dixit. Plat. lib. 1. de LL.

XIII.

Juramentum non debet censerī ludibrio appositum. Paris. *conf. 75. n. 28. p. 3.* ut scilicet hoc inconueniens evitetur, ne juramentum dicatur esse otiosum, quod aliqui frustratorium & superuacuum esset, contra regulam, quod actus non debeat esse elusorius. l. *quoties. 12. de reb. dubiis. l. 3. ff. de testam. milit. l. Divus. 22. de Usu & habitat.* Unde Cicer. lib. 3. *offic. iusjurandum affirmationem religiosam esse asserit, quod servandum est, quasi DEO teste promiseris, nec majus vinculum ad adstringendam fidem iurejurando majores arctius esse voluerunt.* Id indicant LL. XII. Tab. indicant sacra, indicant fœdera, & narratur ibi de Regulo, quem nec charitas Patriæ nec suorum retinuit, quin apertè reverteretur ad exquisita supplicia, ne transgressor esset juramenti etiam hostibus præstiti. *cap. quoties cordis oculus. l. 9. 7.* nam transgressor sanctum nomen Domini in vanum assumit & dolo proximus esse censetur. *cap. quacunq. arte. 9. 22. 9. 5.* & dicitur talis occidere animam suam *cap. juramenti. 12. eod.* atque sic cum periculo contra juramentum venire. *c. ex literis. 10. de sponsalib.*

XIV.

Juramentum quod sine dispendio salutis servari potest servandum est. *cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur. cap. licet mulieres. 2. eod. in 6. Auth. sacramenta puber. C. si advers. vendit.* Canonistæ communiter in *cap. cum sit generale extr. de for. compet. latè Anton. comm. concl. lib. 2. de jurejur. concl. 6. Gail. 1. obs. 22. num. 1. Vult. 3. conf. Marp. 34. num. 93. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 12. num. 119. Boer. decis. 221. num. 13.* quia iusjurandum supplet omnem defectum, & servandum est, etiam absque curatoris consensu & judicis decreto minor contraxisset vel alienasset. *gl. in l. 1. & Auth. sacramenta puberum. C. si advers. vend. & ibi Bart. Castr. Dec. in cap. sicut. num. 205. de probat. Alciat. in d. cap. cum contingat. num. 113. extr. de jurejur. Corn. conf. 36. num. 8. conf. 69. n. 35. conf. 109. in fin. conf. 186. num. 17. vol. 2. conf. 71. n. 9. vol. 3. Everard à Mittelb. in loc. à vi seu energ. juram. n. 3. & 7. Anton. Gomez. de contrah. cas. 14. n. 18. tom. 12. Var. resol. Jacob. Mandell. conf. 11. n. 3. Cravett. conf. 7. in fin. Simoncell. de decret. cæter. solenn. in contrah. minor. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. n. 137. ubi infinitis propè auctoritatibus confirmat & multis modis amplificat.*

XV.

Juramentum si consensus deficit nihil operatur. l. ult. C. de non numer. pecun. Jaf. in l. si convenerit. num. 17. ff. de jurisd. Petrus de virib. juram. eff. 4. Fach. 2. contr. jur. 17. Cephal. conf. 94. num. 35. lib. 1. Menoch. conf. 84. n. 24. Roland à Valle conf. 7. num. 61. lib. 3. & conf. 28.

num. 36. lib. 4. Tellaure. decis. Pedemont. 222. num. 4. nec animam obligare potest, si non sit liberum vel voluntarium. Menoch. conf. 37. num. 45. lib. 1. Natt. conf. 426. n. 24. Rauchbar. p. 2. quæst. jur. civil. & Saxon. qu. 4. num. 47. Unde nec defectum consensus & formæ supplere dicitur. d. l. fin. C. de non numer. pecun. Dec. in l. non omnis. num. 11. ff. si cert. pet. conf. 403. col. pen. vers. cum ergo Stephanus. & conf. 523. num. 12. post. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fidejuss. Stephan. Bertrand. conf. 23. num. 10. p. 1. Grot. conf. 12. num. 15. 16. Vivius in opin. communib. verb. juramentum super contractu simulato vers. quia consensus deficit. Octav. Cacheran. decis. Pedem. 92. n. 19. sicuti nec tanti operari potest, ut ex eo, quod scientiæ deest, suppleatur. *cap. brevis. 17. de jurejur.* quia cum juramentum dependeat à deliberato consensu, is qui ignorat non videtur jurare, ut ait Bald. conf. 312. col. 2. Castrenf. conf. 465. num. 5. vol. 1. conf. 122. num. 4. vol. 2. Dec. conf. 180. num. fin. nec iusjurandum facti ignorantiam supplere, aut exceptionem erroris aut ignorantie excludere. Dec. conf. 350. in fin. Socin. conf. 114. vol. 2. Vultej. 2. conf. Marp. 29. n. 109. quemadmodum etiam non operari perhibetur in illis, quæ specificari debent, cum non habeat vim specialis dispositionis ad supplendum defectum substantiæ Schurf. conf. 96. quod prædicta. num. 7. & 8. neque suppleat, ne quidem in testamento vel codicillis solennitatem septem vel quinque testium requisitam aut aliam. Covar. in cap. Reinaldus. §. 3. num. 10. de testam. Imol. in c. cum contingat. num. 70. de jurejur. Jaf. in §. item si quis num. 14. Inst. de action. per l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23. de legat. 2. Alciat. in l. 1. §. si quis ita. num. 44. de V. O. & in c. cum contingat. num. 159. de jurejur. per c. quanto. 18. eod. Chassan. conf. 39.

XVI.

Juramentum censetur esse personale, nec personam jurantis egredi. *cap. veritatis. 14. extr. de jurejur. ubi Panorm. Covar. ad c. quampvis part. 1. relect. 1. §. 5. num. 4. Georg. Natt. ibid. n. 124. de pact. in 6. Anton. Gabr. Roman. lib. 2. comm. concl. tit. de jurejur. concl. 6. Corn. conf. 301. vol. 1. Nevizan. conf. 22. num. 49.* Cum enim juramentum non liget, nisi animam jurantis. Bart. in Auth. quod obtinet. num. 3. C. de probat. Inde ad heredes ut juramenti constringantur non extendi, vel in eos transmitti poterit. d. c. veritatis. Bald. ad l. ult. n. 16. ibique Bart. & Castrenf. C. de pact. VVelsenb. 1. conf. 15. n. 28. Gædd. 1. conf. Marp. 27. num. 120. Boer. de feud. investitur. c. 4. num. 26. per text. in l. 12. in pr. C. de reb. cred.

Declara hoc procedere quoad obligationem & observantiam contractus; licet enim juramentum quoad prius ad successores non extendatur, virtus tamen & vinculum juramenti bene transibit. Bald. in l. ult. num. 16. in fin. C. de pact. Alciat. in cap. cum contingat. num. 120. de jurejur. Socin. conf. 4. col. 1. vers. præterea & plenus conf. 38. vol. 2. vers. firmatur. vol. 3. & hoc respectu quoad cum cui juratur reale erit. Gabr. lib. 2. tit. de jurejur. concl. 6. num. 2. Guid. Pap. sing.

ing. 376. num. 2. Honthem. 2. de art. Notar. cap. 29. num. 51. Gail. 1. obs. 27. & Ludov. Gomez. ad §. actiones. Inst. de action. num. 6. ubi limitat, nisi agatur indirecte contra heredem implorato officio judicis Ecclesiastici, ut nimirum heres satisfaciatur, exonerando animam defuncti jurantis, per ea quæ refert Abbas in c. cum sit. in 8. vol. & ibi Felin. col. 6. de for. compet. & in cap. fin per ill. text. de sepultur. quod licet impugnet Phil Franc. in cap. fin. in 3. notab. de for. compet. in 6. & Andr. Siculus in d. cap. cum sit. Ab opinione tamen Abbatis ut communi, non recedendum esse tandem per rationes ibid. allegatas, concludit. add. & Roman. conf. 201. pro decisione col. 2. Alex. conf. 99. videtur primâ facie. col. pen. vol. 4.

XVII.

Juramentum est individuum. Bald. in l. ult. in opposit. 4. C. de edict. D. Adrian. roll. Alex. conf. 133. lib. 1. idem Bald. in cap. 1. §. cum autem de controvers. Feud. Archidia. in cap. inter ceterum. 22. q. 4. Jaf. in l. scire debemus. num. 6. de V. O. Francisc. Curt. conf. 68. Dominus. Cotta. in memorabilibus. verb. juramentum est. Francisc. Becius conf. 86. videtur primo aspectu. num. 1. & conf. 45. num. 15.

Limita, nisi quando juramentum ad corpus refertur, hoc enim in casu dicitur divinum, sicut ipsum corpus. Alvarott. in cap. omnes. Si de feud. defunct. fuerit contror. & ibi Præpos. notab. 2. ubi perhibent, quod licet juramentum fidelitatis sit individuum, quoad corpus tamen feudale dividuum dicatur, sicut ipsum feudum divisibile est, juramentum enim posse pro parte valere, pro parte non per regulam quod utile per inutile non vitiatur. ex gloss. in cap. petitio. extr. de jurejur. probat. Jaf. in l. 1. §. sed etsi de V. O. Unde si juramentum sit appositum super contractu continente plura capitula, etiam plura juramenta dicentur. Socin. conf. 69. n. 10. vol. 3. Paris. conf. 14. decisum & judicatum. num. 16. vol. 1.

XVIII.

Juramentum est spirituale. cap. 2. extr. de jurejur. Jaf. in auth. sacramenta. n. 33. & 40. C. si advers. vend. Covar. ad cap. quamvis. p. 1. §. 3. n. 4. de pact. Socin. conf. 254. in causa. p. 2. Ubi dicit, spirituale esse torturam, ideoque statutum Laicorum contra juramentum vel ejus observantiam nihil disponere potest. Bart. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. principali n. 22. ff. de just. & jur. ad quod vid. Dd. in cap. Ecclesia S. Maria & præcipue. Felin. extr. de constit. Thom. Ferret. caut. 16. in pr. quod intellige verum super juramento præstito, secus super præstando. fac. l. quæ sub conditione 8. in pr. & §. quoties 6. ff. de condit. instit. gl. in l. adigere. §. quamvis. in verb. L. Julia ff. de jur. patron. Dominic. de S. Geminian. in cap. quamvis col. fin. extr. de pact. in 6. Cephal. conf. 466. n. 67. facilius enim ea quæ fienda sunt impediuntur, quam quæ jam facta sunt. l. patre furioso. 8. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Inde igitur non elicitur juramentum ad solam Ecclesiam pertinere. Arnif. 1. de Majest. cap. 6. n. 9. Jurisdictio namque secularis super jura-

mentis in multis locum habet. Prohibere enim potest ne juramentum interponatur. d. l. qui sub conditione. §. si quis sub. 4. de condit. instit. l. 2. C. de indist. viduit. toll. & statuere ut minor, cuius contractui intervenit juramentum, præsumatur dolo inductus. Curt. Jun. conf. 118. n. 16. item poenam perjurii infligit. l. si quis major. 41. & ibi Dd. C. de transact. §. si vero. Nov. 17. & cap. Ref. 21. 23. q. 5. & mandat executioni quod juste juratum est. cap. licet mulieres. 8. de jurejur. in 6. Gail. 1. obs. 25. n. 4. Arnif. d. c. 6. n. 9. Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 47. per tot. & Felin. in cap. cum sit generale. de for. compet. per tot.

XIX.

Jurare non cogitur qui sufficienter probavit. c. 2. & 3. de probat. Bald. in c. 2. vers. item in isto. de probat. Jaf. & Dd. in repet. l. admoventi & in l. ad pecunias. §. qui iusjurandum. not. 1. de jurejur. gl. in l. 2. §. quod observari. C. de jurejur. Joh. de Arno. folio 29. VVelenb. 2. conf. 59. n. 31.

XX.

Juramentum non sufficit, quoties statutum probationem requirit. VVelenb. 1. conf. 36. n. 37. Juramentum enim non est propria probatio nec vera, sed irregularis. l. non erit 5. §. dato vers. quasi probatum. ubi Salicet. & Alex. de jurejur. Roman. in l. sed si possessori. 11. §. fin. eod. tit. & ideo talibus statuti verbis non comprehenditur c. si quis vers. absolvendum. quem textum ad hoc ponderat Bald. ad cap. un. si de Investit. inter Dom. & Vassall.

Intellige verum, quando statutum de probatione regulari, legitimâ & ordinaria, ut quæ pertestest, instrumenta & similes modos, non vero per juramenta fieri solet, loquatur, prout multis deducit Jaf. in repet. l. admoventi. n. 282. de jurejur. per gl. in l. cum de indebito. 25. verb. legitimis. (quam ut singularem multum commendat. Alex. consil. 119. quæritur. num. 10. vol. 2.) de probat. secus quando verbis utatur generalibus, videlicet quod quibuscunque probationibus standum sit, ut aliquid talia verba operentur, aut quando ulterius declarando procedat, quod etiam juramentum sufficere possit. c. statutum. 11. §. cum vero. 1. de rescript. in 6.

XXI.

Pro juramenti cujusque observatione in dubio tutius est pronunciare, quam contra, ad anceps perjurium evitandum. Jaf. in l. licet. num. 5. C. de pact. cap. cum infirmitas. 13. de pen. & remiss. Imol. in c. cum contingat. num. 4. & 86. de jurejur. Alex. consil. 25. visis. num. 17. vol. 1. Judex enim non debet esse cuiquam perjurii auctor. l. 2. C. de indist. viduit. roll. ubi potest juramentum sine dispendio salutis æternæ servari d. c. cum contingat de jurejur. Bart. in Auth. sacramenta puberum. num. 13. C. si advers. vendit. Socin. conf. 115. n. 6. cum seqq. vol. 1.

XXII.

Juramenta sunt intelligenda secundum intentionem jurantis. c. humane. 11. 22. quæst. 5. Innocent. in c. veniens. de jurejur. Cardin. in Clem. 1.

§. fin.

S. fin. q. 16. jurej. Calcan. conf. 18. num. 37. Nevizan. conf. 22. num. 31. Rota. decis. 1. de jurejur. Pantfchim. 1. pract. quest. num. 11. & penduntur secundum intentionem recipientis. cap. quacunqve. 9. c. ecce. 10. 22. q. 5. Pantfchim. d. q. 10. num. 61.

XXIII.

■ Juramentum debet interpretari secundum dispositionem juris. *cap. ad nostram. 21. extr. de jurejur. & cap. quanto. 18. eod. tit. Pantfchim. 1. quest. pract. 10. n. 9. Joh. Andr. in cap. veniens. extr. de jurejur. Bald. in l. fin. C. de non n. pecun. Berous. conf. 148. n. 7. vol. 1. quia praesumitur se cum dispositione juris conformasse. Bart. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebell. Alciat. in tract. de praesumpt. reg. 4. pres. 32. Aflict. decis. 286. num. 4.*

XXIV.

Juramentum recipit eam interpretationem, si res maneat in eodem statu. *l. fin. ad municipal. cap. 2. ubi Canonista extr. de renunc. l. quod Servius §. ff. de condict. ob causam. l. quaro. 54. §. inter locatorem. ff. locat. l. cum quis. 38. in pr. ff. d. solut. cum multis. a Baldo. in banc rem adductis in l. clari. C. de fideicom. Andr. Tiraq. in prefat. l. si unquam num. 166. cum seq. de revoc. donat. Hinc juramentum in se habere dicitur tacitam illam conditionem, quam habet promissio cui juramentum inharet. *l. si libertus. 30. ff. de oper. libert. §. omnis stipulatio. 2. Inst. de V. O. Dec. in cap. cum. super. de offic. deleg. Bart. in l. sed etsi quis. §. questum. si quis caut. Aretin. conf. 24. Alex. conf. 28. in causa veriente lib. 1. Castr. consil. 377. ad primum Angel. conf. 315. statuto cavetur. num. 1. & potentia ejus non in plus extenditur quam extendi solet promissionis virtus. c. Quintavallis. extr. de jurejur. Speculat. in tit. de arbitr. §. 1. vers. arbitrator. Angel. conf. 315. statuto cavetur. n. 1. Pantfchim. 1. pract. quest. 10. n. 88. nec ampliare interpretationem verborum perhibetur. Bald. in l. si procurator. de condict. indeb. quia est qualitas quaedam accedens ad actus gesti probationem, non ad ampliationem, & sic qualitas accessoria, quae sequitur naturam sui principalis actus, quo sublato tolli dicitur ejus accessorium. *cap. 1. de his quae fiunt a major. part. cap. dilecto 25. de praebend. l. non dubium §. C. de LL. gl. in l. si patronus ex debito. si quid in fraud. cred. Ludov. Roman. conf. 293. praesupposito. Bart. in l. si quis pro eo. de fidejuss. & juramentum ad causam subsistentem tempore contractus & juramenti referendum, quod tamen secus, si causa de novo superveniret. c. cum inter. 2. de renunc. cum res tunc in eodem statu non permaneat. c. quomodo modum 25. de jurejur. c. significavit. 13. de censibus c. nos sanctorum. 4. & c. juratos. 5. 15. q. 6. l. cum quis. 38. §. si debitorem. 1. de solut. Feder. de Sen. conf. 281.***

XXV.

Juramentum inter ceteras tacitas conditiones eam habet, si fides juranti servabitur. *gl. in cap. quomodo modum. verb. conditio. extr. de jurejur. Cora. conf. 96. lit. L. vol. 1. & conf. 246.*

vers. item si vol. 3. Laurent. Tennin. in tract. caut. etel. 145. n. 32.

XXVI.

Juramentum eam praese fert conditionem, si non valet quod ago ut ago, valeat omni, quo melius potest, modo. *Bart. l. si quis pro eo. n. 43. de fidejuss. & l. si quis major. n. 110. ubi & Curt. jun. num. 35. C. de transact. per text. in l. cum pater 77. §. filius matrem. 23. ff. de legat. 2. Laurent. Tennin. in tr. caut. 191. num. 11. Imol. in c. cum contingat. num. 18. & 36. de jurejur. Welenb. 1. conf. 39. num. 19. Cyn. in l. si ex cautione. C. de non num. pecun.*

XXVII.

Juramentum semper hanc habet conditionem subintellectam, si dolus absit. *Imol. in cap. Quintavallis num. 45. de jurejur. & cap. licet. eod. Bald. in l. 1. num. 1. C. si advers. Vendit. Jaf. num. 29. & Fab. num. 3. in Auth. sacramenta. cod. tit.*

XXVIII.

Juramentum ad enorme damnum non est extendendum. *Marant. in specul. aur. p. 6. cap. de appellat. Imol. in cap. Quintavallis. de jurejur. Cravett. conf. 57. num. 5. & consil. 192. num. 5. Welenb. 1. conf. 23. num. 5. Juramenti enim benigna & non acerba interpretatio facienda est, ut cesset omnis fraus & laesio. cap. unusquisque. §. 22. q. 4. ubi ex sententia D. Ambrosii vetatur in materia juramentorum, ne quis fratrem suum circumscriptione verborum inducat. *gl. & Dd. in cap. ex parte. 15. extr. de Cleric. non resident. Gozadin. conf. 32. num. 6.**

XXIX.

In juramentis sensus potius quam verba spectantur. *l. qui per salutem de jurejurand. & plus inesse intelligitur quam dicitur. c. antecessit. 104. 11. q. 3. c. beatus 5. 22. q. 2. Welenb. 2. conf. 52. num. 20. & 82.*

XXX.

Juramentum ex falsa causa non obligat. *Paris. conf. 96. num. 24. vol. 1. Anton. Gabr. lib. 2. de minor. concl. 5. num. 43. VVelenb. 1. conf. 23. n. 4.*

XXXI.

Juramentum in una causa praestitum ulterius vires suas non porrigit. *arg. l. si pro sure. 7. ff. de condict. furtiv. junct. gl. in l. si duo. §. idem Julianus verb. conditio. circ. princ. ff. de jurejur. Laurent. Tennin. in tract. cautel. 161. num. 9.*

XXXII.

Juramentum super actu libero interpositum non efficit actum necessarium. *Pantfchim. 1. quest. pract. 11. num. 25.*

XXXIII.

Juramentum late & plenè interpretandum. *l. in conventionalibus. 12. §. fin. ubi Bart. de V. O. Pantfchim. 1. quest. pract. 10. num. 42. & 71.*

XXXIV.

Juramentum ad ea quae de novo accedunt non extenditur. *arg. eorum, quae traduntur in c. cum inter. 2. de renunc. Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. de V. O. Abb. in cap. petitio. circ. fin.*

extr. de jurej. ratio, quia quæ de novo emergunt, novo etiam indigent auxilio. l. i. in pr. de ventr. inspic. l. de etate. ii. §. ex causa. 8. de interrogat. act.

XXXV.

Juramentum non extenditur ad incogitata. l. qui cum tutoribus. 9. de transact. l. mater decedens. 29. de inoff. testam. l. fin. C. de non numerat. pecun. l. fin. ff. ad municip. l. adigere. §. fin. ff. de jure patron. cap. veniens. 16. c. Quintavallis. 23. cap. ad nostram. 7. extr. de jurejur. cap. 2. de renunc. Bart. in l. 2. C. de rescind. vendit. & in Auth. sacramenta. ubi latus. Jaf. eod. tit. num. 51. Pantfchman. i. quest. 10. num. 15. Wesenb. 2. conf. 74. n. 8. Zaf. conf. 9. n. 29. lib. 2. Gylman. 4. i. vor. 27. num. 120. Si enim de aliis æque actum fuisset, de aliis quoque expressum fuisset, l. i. §. fin. autem 7. C. de caduc. toll. c. inter corporalia. 2. de translat. Episcop. cap. ad audientiam. 12. de decim. Tiraq. de retract. proximit. §. i. gl. 9. num. 38. & in l. si unquam. verb. libetis. num. 3. C. de revoc. donat. quod procedere maxime in materia stricti juris. ex l. quod dicitur 86. de V. O. atque sic neque pacta, transactiones vel renunciationes ad ea trahi possent. ex d. l. mater tradit VVes. 2. conf. 74. n. 58. vide tamen ea, quæ Everard. ait in locis Top. à vi emerg. seu effect. juramenti, quod ultra expressa juramentum extendatur, quando ex verbis vel causa presenti vel mente contrahentium ea de re actum videtur. Bart. in l. si de certa C. de transact. Vult. 2. conf. Marp. 29. num. 136. vid. sup. ax. 18.

XXXVI.

Juramentum contractum simulatum præcedentem non firmat. gl. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. Francisc. Zabarell. in c. ad nostram. in 2. quest. extr. de Empt. vend. Bald. in l. rogasti. §. si tibi. col. ult. ff. si cert. petatur. Angel. in rubr. ff. de jurejur. col. ult. Castr. in l. contra Legem ff. de LL. Capoll. in tract. de simulat. contract. m. 7. præsumpt. 3. num. 46. Gozadin. conf. 59. n. 11. arg. eorum quæ habentur in c. super hoc 5. de renunc. quia non habet consensum partium. Paul. de Castr. in l. si quis pro eo. col. 3. ff. de fidejuss. Marfil. sing. 327. num. 4.

Limita I. nisi expressè juratum fuerit, omnia & singula in instrumento contenta vera esse, quia tunc quis simulationem allegando contra juramentum veniret, secus quando quis simpliciter se non contravenire jurasset, tunc enim juramentum non obstat. Alex. conf. 37. vol. 2. Gozadin. conf. 59. num. 17. Honthem. lib. 2. de art. Notar. c. 29. num. 36.

Limita II. procedere si in continenti apponeretur, secus si ex intervallo, quia tunc contractus talis validaretur. arg. l. 2. cum ibi not. C. quod metus caus. per Bart. in l. nemo potest. vers. quæro an renunciatio. num. 11. ff. de legat. i. Anton. de Butr. in cap. cum contingat. de jurejur. Ludov. Roman. in l. si quis cum aliter. ff. de V. O.

XXXVII.

Juramentum deferens prius de calumnia jurare debet. l. iusjurandum & ad pecunias. 34. §. qui iusjurandum. 4. ff. de jurejur. l. quæstionem.

32. C. de fideicomm. gl. & Dd. in cap. fin. super verb. famosa. in fin. extr. de jurejur. Pract. Papiens. in form. juramenti quod præstatur à parte rei in verb. dict. n. 3. Boer. decis. 243. num. 1. vid. Laurent. Tennin. in tract. cautel. caut. 158. & caut. 132.

XXXVIII.

Jurare nolle vel non referre manifestæ est turpitudinis. l. manifesta. 38. ff. de jurejur. Socin. in tr. Fallent. reg. 255. Qui enim juramentum legitimum & judiciale præstare recusat, veritatem denegare venire videtur. i. F. 23. in fin.

Limita, nisi quoties juramentum deferatur in casibus, quibus non debet deferri, veluti cum deferatur actori plene probanti. c. 2. de probat. vel cum actor nihil probat. c. fin. §. ult. extr. de jurejur. idem placuit cum actor haberet levissimam præsumptionem sibi faventem. gl. l. 3. verb. si levior. de minor. vel cum condemnatio minueretur ex jurejurando, tunc enim actor non compellitur jurare, imò si juraverit, poterit iterum plene probare & totam condemnationem consequi. l. cum qui 30. ubi gl. & Bart. de jurejur. item procedit tantum in judiciali, non autem in juramento in litem, quod quis non cogitur suscipere, potest enim probare per testes, l. quod si possessor. 71. ff. de rei vind. Bart. & Jaf. in l. ult. de in lit. jurand.

XXXIX.

Juramentum cedit pro pacto. l. tutor. 35. §. prodigus. i. ff. de jurejur. & si quod sua natura est illicitum aut in alterius incommodum redundat, juramento disposito confirmari non potest. c. quamvis. 2. in fin. & ibi gl. verb. dispendium de pact. in 6. non enim obligationem auget. Benedict. Capr. reg. 87. n. 23. th. comm. opin. sed tantum addit religionis vinculum, ut ait Bald. in l. si procurator. col. 3. ff. de condit. indeb. Tiraq. in l. si unquam in præfat. n. 105. de revoc. donat. Arnif. i. de Majest. c. 6. n. 6.

XL.

Juratus actus fortior est quam simplex l. cum pater. 77. §. filius matrem 23. de legat. 2. l. unic. §. & cum C. de rei uxor. act. Dd. l. pactum. 3. C. de collat. gl. in c. cum non deceat de Elect. in 6. c. constitutus de rescript. Alex. conf. 38. vol. 3. Pantfchm. i. pract. quest. 10. num. 38.

XLI.

Juramentum executionem habet paratam si cur sententia. l. sed si possessori. ii. §. pen. ff. de jurejur. l. post. rem. 56. ff. de re judic. Bart. in l. 2. num. 7. ibique Fulgos. & Alex. de jurejur. Jaf. in §. si quis postulante. num. 87. & ibi Ludov. Gomez. num. 2. Inst. de action. Alex. in l. nam & postea. §. fin. ff. de jurejur. Bart. in d. l. sed si possessor. §. fin. & ibid. Ang. Fulgos. Salicet. Paul. de Castr. ff. eod. Viv. in suis commun. conclus. verb. juramentum. Laurent. Tennin. in tract. cautel. 134. num. 4. Vult. i. conf. Marp. 15. num. 129. Tiraq. in l. si unquam vers. donationi largitus. num. 104. C. de donat. Poman. ad Bart. in d. l. 2. de jurej. lit. b. verb. juramentum post. ax. 30. f. ubi vid. limitationes. add. Rec. de An. 1600. §. wann einet. 33. & infr. ax.

XLII.

Omni juramento inest conditio honestatis. *c. quemadmodum. 125. ubi gl. extr. de jurejur. non enim debet esse vinculum iniquitatis v. infra. axiom. 40. facultatis. cap. querelam. 10. c. brevi. 17. extr. cod.* Unde si quis juramento promissit, se facturum & curaturum, excusatur, si fecit quicquid potuit. *l. stipulatio ista 38. in pr. l. inter stipulantem. 38. in pr. de V. O. §. si quis alium. 3. Inst. de inut. stipul. gl. in c. ex rescripto de jurejur. cap. ex literis. de sponsalib. c. gemma eod. tit. cap. significantibus de offic. deleg. Ruin. conf. 67. casus de quo queritur. num. 10. vol. 4. Necessitatis. l. fin. ff. qui satisd. cogantur. c. si quis per necessitatem. de furt. Humber. de Bonven. in Auth. sacramenta C. si advers. vend. num. 55. Difficultatis. d. c. brevi. de jurejur. Ripa. in l. quod te. n. 40. si cert. pet. Alex. conf. 92. perspectis. n. 13. ubi Carol. Molin. in addit.*

XLIII.

Juramentum ad unguem est observandum ac precise obligat, ita ut absque subterfugio sit adimplendum. *c. debitores. 6. de jurejur. Jas. in §. item si quis. 11. 12. Inst. de Act. Roland. à Valle. conf. 70. num. 34. vol. 2. & conf. 69. num. 32. vol. 4. Paris. conf. 69. num. 31. vol. 3. Rip. in respons. de judic. 112. n. 59. Tiraq. de LL. Connubial. gl. 7. n. 189.* Ea enim est natura juramentorum, ut se obligantem precise obstringant. *gl. in l. si pecuniam. ubi Jas. de condict. caus. data. n. 23. Gozadin. conf. 32. num. 12. & conf. 100. num. 25. Brun. conf. 89. num. 4. Rub. conf. 29. num. 6.* itaque in iis magis conscientiam & veritatem, quam interpretationem. *Joh. Andr. in c. is qui fidem. extr. de sponsal. vel cum Bald. in conf. 2. factum tale est. lib. 3. in fin. lucem veritatis, quam somnium factionis inspicere debemus §. quod ejus. Auth. de Nupt.*

XLIV.

Juramentum vim habet litis contestationis. *Gozadin. Bonon. in repet. l. 2. col. 16. C. de pact. inter empt. Hyppolit. de Marfil. in sing. not. 141. incip. audistis. Albert. Brun. conf. 38. Visis concessionibus. col. fin. Barthol. Veronens. in tract. caut. caut. 20. incip. ex forma statuti. ratio, quia sicut per negationem rei ad petitionem actoris inducitur litis contestatio. l. 1. C. de lit. contest. & c. 1. eod. tit. eodem modo & declaratione juramenti facta per reum actori: cum ista delatio videatur quædam confessio tacita contendorum in libello, ad cuius responsionem litis contestatio fieri solet. d. c. 1. Socin. in l. aut Prætor. la. 2. §. si iis. ff. de jurejur.*

Limita, hoc locum habere tantum in juramento judiciali decisorio, quod actori a reo deferitur, secus in juramento extrajudiciali, quod instrumentis apponi solet; in hoc enim extrema litis contestationis habilia, quæ in judicio tantum fiunt, considerari non possunt, prout late prosequitur Andr. Sicul. post gl. & Abbat. in d. c. 1. de lit. contest.

XLV.

Juramentum vim habet clausule codicillaris. *l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23. ff. de legat. 2. Bart. in l. si quis in principio n. 15. ff. de legat. 3.*

Hyppolit. sing. 504. n. 2. Jas. in l. sancimus. C. de testam. num. 8. Gail. 2. obs. 114. num. 14.

Limita I. quod procedat in juramento testatoris, non verò in juramento heredi delato per testatorem. *Bart. in l. 2. per ill. text. cum gl. Commun. de legat.*

Limita II. quod obtineat quando testamentum deficit ratione solennitatis omiffæ; secus enim esset, quando deficeret ex defectu substantiæ in persona testatoris, vel ratione consensu. *Francisc. de Aret. conf. 24. incip. quatuor dubia in 2. col. fac. l. fin. C. de num. pecun. ubi juramentum nihil operatur, quia deficiebat consensus. vid. Bart. Socin. in fallent. regular. verb. juramentum num. 153.*

XLVI.

Juramentum facit filere patriam potestatem. *Laurent. Tennin. in tract. cautel. 186. num. 9. quia ipsum est de jure naturali seu divino, in his autem, quæ juris naturalis sunt, patria potestas non consideratur. l. item in potestate. 3. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. §. 1. Inst. de patr. potest. Clar. in §. donatio. quæst. 8.*

XLVII.

Juramentum litis decisivum vim plenæ probationis habet. *l. non erit. §. 5. dato. 2. vers. quasi satis. l. 11. §. fin. vers. perinde. ff. de jurejur. gl. in cap. 1. verb. non probet. de constit. recti fendi. ac vim sententiæ obtinere dicitur d. l. 11. §. fin. quia pro veritate habetur & majorem obtinet vim quam res judicata. l. 2. ff. de jurejur. quemadmodum itaque post rem judicatam quis audiri non debet. c. quod ad consultationem. 15. extr. de re jud. ita & post delatum & prælitum juramentum reus audiri non debet. §. item si quis possulante. 11. Inst. de action. cum non queratur an ei pecunia debeatur, sed an juraverit. d. §. item si quis. ubi Ludov. Gomez. Inst. de action. Hinc & vim solutionis. l. 27. ff. de jurejur. VVesemb. in parat. ff. eod. tit. n. 8. fictæ nimirum, non veræ. *Bart. in l. 26. ff. de jurejur. Novationis. l. qui jurasset. 26. §. fin. ff. de jurejur. scil. quando partes intenderent primam obligationem transferre in actionem jurisjurandi. Gomez. ad d. §. item si quis n. 6. obtinere dicitur, ac facit de non debito debitum. Schneidev. ad d. §. item si quis. inst. de action. num. 40. habetur pro certificatione ac eam supplet. Hyppolit. de Marfil. in præf. crim. §. 2. num. 64. Dd. ad Auth. sacramenta puerum. C. si advers. vendit. Socin. reg. 273. num. 2. in tract. regular. Andr. Tiraq. in præf. ad l. si unquam. n. 135. cum seq. C. de revoc. donat. Gail. 2. obs. 77. n. 10. Hartm. Harm. ab Epping. 2. observ. præf. tit. 29. de fidejuss. obs. 3. parit vim geminationis. Abb. in c. cum contingat. col. 2. de jurejur. Ludov. Gomez. in d. §. item si quis. num. 8. per d. l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23. de legat. 2. vim expressi Alex. conf. 27. lib. 1. conf. 133. num. 1. vol. 5. Socin. conf. 70. num. 1. vol. 3. Dec. conf. 340. num. 4. Bald. in l. 1. in 2. col. vers. secundo queritur. C. de Commod. Francisc. Marcus. decis. 217. p. 2. per c. ex rescripto. 9. de jurejur. ubi juramentum vim expressæ renunciationis habere dicitur. Bald. in d. l. cum pater. §. filius. de legat. 2. Jas. in l. 1. n. 20. si quis in jus vocat. non ierit. Angel. in l. fenium**

nium. C. qui testam. fac. poss. Roman. in l. 1. §. si quis ita. d. V. O. Pantfchim. 1. pract. qvæst. 10. num. 28. quod procedere in eo, in quo constat esse consensum a jurante, secus si de hoc non constaret, respond. Salicet in l. 1. num. 72. C. de Com. mod. impedit purgationem moræ. l. si quis major. 41. C. de transact. Alex. conf. 59. & conf. 158. vol. 2. Salicet. in l. magnam. C. de contr. & com. mit. stipulat. præsumit minorem esse majorem. Auth. sacramenta ubi Jaf. n. 55. Matth. de Afflict. decis. 322. n. 5. Vult. 1. conf. Marp. 15. n. 302. Gail. 2. obs. 41. num. 6. nec tractatur ratione læsionis. l. non erit. 5. §. dato. 3. ff. de jurejur. Gail. 2. obs. 70. num. 11. in procuratore desiderat speciale mandatum. c. pen. & ult. de juram. Calumn. in 6. l. 17. in fin. ubi gl. in verb. univ. fororum. l. 34. §. defensor. ff. de jurejur. Gail. 1. obs. 83. num. 2. Myrl. 2. obs. 53. & 4. obs. 99. Bocer. de investit. feud. c. 4. n. 24. ac validum reddit contractum aliàs invalidum. c. quamvis. de pact. lare. Panorm. in c. cum contingat. col. 9. de jurejur. ac denique defectum solennitatis jure communi requisitæ supplet. c. quamvis extr. de jurejur. Jaf. in Auth. sacramenta. num. 7. Seraphin. de Seraphin. in tract. de privileg. juram. privil. 129. quamobrem juramentum supplere defectum insinuationis requisitæ in donatione inter vivos quingentos aureos excedente tradunt Alex. conf. 4. vol. 1. Panorm. conf. 95. n. 3. vol. 2. Dec. conf. 432. n. 15. Jaf. conf. 51. n. 3. vol. 1. Plot. conf. 97. n. 6. Corn. conf. 221. vol. 1. & conf. 99. vol. 4. Socin. sen. conf. 77. vol. 3. Curt. jun. conf. 31. n. 6. Paris. conf. 69. n. 97. vol. 3. Cephal. conf. 61. n. 18. vol. 1. Seraph. in d. tract. de privil. juram. priv. 73. Hottom. conf. 73. num. 24. atque sic in Parlamento Gratianopolitano decifum fuisse testatur Guid. Pap. decif. 350. idemque in Camera Imperiali obtinere refert Gail. 2. obs. 39. plures effectus juramenti accumulati Welenb. in part. ff. de jurejur. num. antep. ubi vid.

XLVIII.

Juramentum regulatur secundum naturam actus, cui adjicitur, l. ult. C. de non n. pecun. l. sed et si possessori. 11. §. item si juravero. 2. ubi Jaf. notab. 9. ff. de jurejur. l. fin. ff. qui satisd. cog. cap. quemadmodum. 25. ubi Abb. not. 7. de jurejur. exornant. Dec. conf. 240. & conf. 351. n. 8. Petr. de Anchar. conf. 76. n. 4. Roland. à Valle. conf. 8. à n. 42. lib. 1. ubi intelligit, si deficiat consensus, Covarr. in cap. quamvis pactum, de pactis. lib. 6. p. 1. §. 4. n. 1. & in rubr. de testament. part. 2. n. 9. & var. lib. 3. cap. 17. num. 5. Costa. in l. si ex cautione, fallent. 9. pag. mibi 108. cum seqq. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 164. Tiraq. in presat. l. si unquam. n. 105. C. de revocand. donat. & de jure constit. part. 3. limit. 7. n. 35. Cacheran. decif. 49. num. 9. Burg. de Pace. confil. 14. num. 21. Mench. de success. creat. §. 9. à n. 19. Lara. in l. si quis à liberis. §. parens. num. 85. ff. de liber. agnos. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 56. Anton. Gom.

l. 22. Tauri. num. 10. col. antepen. Bellacon. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 1. de rebus creditis. n. 72. pag. 438. Anton. Gabr. tom. 3. lib. 2. tit. de jurejur. conclus. 10. Menoch. consil. 24. n. 7. Pichard. in disput. de mora. n. 76. & ad princip. Instit. de adempt. legat. n. 18. Bertazol. in repet. l. si quis major. C. de transaction. n. 281. 651. & 710. Gutier. de juram. confirmat. p. 1. cap. 37. num. 2. & in repet. auth. Sacramenta puberum. num. 26. C. si adversus vendit. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 8. num. 14. & lib. 13. qvæst. 1. n. 21. & q. 5. n. 17. cum seq. Brunor. à Sole. in locis communib. verb. Juramentum 19. Morl. in emporio juris. p. 1. tit. 5. q. 1. num. 51. vers. qvæ de causa. Valasc. conf. 5. n. 19. Cald. Pereira. de potestate elig. cap. 2. n. 35. & in resp. pro Duce Pastrana, vers. qvæ sententia. Cevall. communionem contra commun. tom. 4. q. 900. n. 7. Soar. de Relig. tract. de juramento. cap. 32. n. 2. cum seq. Molin. de justit. tract. 2. disp. 151. vers. ad qvartum dicendum. Card. Mantic. de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. n. 89. Camill. Borell. in summa omnium decif. tit. 60. n. 302. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 4. tit. 1. concl. 506. per totam. Vincent. Carot. sing. 113. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 799. n. 3. Ovid. de Amicis de jure emphyt. q. 27. num. 4. & q. 97. n. 5. Didac. de Britto. ad cap. potuit. §. de locato. num. 2. pag. 387. [Assumit enim omnes qualitates actus cui adjicitur, l. ult. ff. qui satisd. cog. Jaf. in l. decem. de V. O. Paris. conf. 86. n. 48. & conf. 95. vol. 3. Grat. conf. 30. vol. 1. Sylvan. consil. 40. num. 20. vol. 1. Jaf. in l. si convenerit. n. 4. de jurisdict. Dec. conf. 536. num. 7. de jurisdict. Dec. conf. 536. num. 7. Schurf. conf. 27. num. 4. cent. 1. Bocer. de invest. feud. num. 30. quod verum intellige scil. de natura primordiali non accidentali. gl. in l. certi conditio. in pr. ff. de reb. cred. quam ibid. omnes commendant per text. in l. item veniunt. 20. §. item. 3. cum seq. ff. de pet. hered. juramentum igitur, quod se habet ut accessorium, non sequitur illam naturam accidentalem scil. ut ad interesse teneatur, sed primariam scil. ut præcise ad factum compellatur, per ea quæ tradit Ludov. Gomez. in d. §. item si quis. Inst. de act. num. 8.]

XLIX.

Juramentum non augeat obligationem, sed ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum, (l. fin. C. de non numerat. pecun. Titius rogatus. 54. ad SC. Trebell. Bald. in l. si procurat. col. 3. ff. de con-

Mm

de con-

de condict. indeb. Tiraq. in l. si unquam in
præfat. n. 165. de revoc. donat. Arnif. 1. de
Majest. cap. 6. n. 6.] Oldrad. conf. 294. in
fine. vers. non obstat juramentum. & conf.
238. Cum mulier. n. 2. vers. unde, & conf.
178. Licet quantum. Roman. conf. 269. Non
est dubium. Alexand. conf. 37. Viso. col. 3.
lib. 2. quos refert Card. Tusch. d. tom. 4.
lit. I. concl. 507. ubi conclus. 108. subdit,
quod juramentum non comprehendit ca-
sum necessitatis. & conclus. 522. quod ju-
ramentum in genere præstitum non ex-
tenditur ultra intentionem jurantis. (Un-
de quando dici consuevit, juramentum
contractui, cui accedit, semper quid adde-
re. Bald. in c. qvæ in Ecclesiarum de consti-
tution. robur majoremque efficaciam præ-
ter & ultra naturam actus super quo inter-
ponitur adjicere. Hyppolit. de Marfil.
sing. 226. Emphyteuta & conf. 125. num. 6.
Gozadin. conf. 570. atque sic alterare con-
tractum l. 1. Cod. si advers. vend. Pantich-
man. 1. qvæst. 10. n. 41. hoc non intelligen-
dum erit, quasi juramentum obligationem
sive aliquid ejus, quod in obligationem
venit, augeat vel extendat. c. pen. extr. de
jurejur. l. Aurelius. 28. §. testamento de li-
berat. legat. Bald. in l. 3. C. si advers. rem
judic. & in l. nominationes. C. de appellat.
Castrenf. conf. 134. Visa Imperiali conces-
sione. cum enim intra terminos obligatio-
nis illud contineatur actumque saltem
confirmet vinculumque religionis addat,
necessario inde sequitur, per id nihil augeri
quod in conventionem deductum. Effica-
cius igitur sed non in plus obligare dicen-
dum erit. d. l. cum pater. 77. §. filius ma-
trem de legat. 2. Alex. in l. 1. de pact. rubr.
de V. O. & in l. stipulationes non dividun-
tur, eodem tit. atque sic quando Dd. qui de
additione loquuntur recto iudicio pone-
rentur, non ultra quam de corroboracione
& confirmatione intelligendi erunt, vid.
de hacre Cravett. conf. 102. Roland. à Vall.
conf. 77. n. 22. vol. 1. Gozadin. conf. 57. n. 19.

L.

Juramentum debet impleri in forma
specifica, cap. ad nostram. il. 1. de jurejur.
Jaf. in l. cum qvi §. 1. ff. de jurejur. Alexand.
conf. 91. Visis actis lib. 2. Thom. de Tho-
masset. in floribus legum. reg. 165. Bertazol.
in repet. l. si quis major. C. de transaction.
numero 723. Aloyf. Ricc. in praxi rerum
fori Ecclesiast. resol. 255. num. 3. in 2. edit.
Card. Tusch. d. tom. 4. lit. I. conclus. 527.
per totam. Vincent. Fufar. de substit. q.
674. numero 8. Ovid. de Amicis de jure

emphyt. q. 97. num. 1. (non enim sufficit
per æquipollens adimpleri. Anton. Gabr.
2. de jurejur. concl. 8. per tot. cum præcisè
obliget quem ad factum, gl. in l. si pecuni-
am in pr. ff. de condict. caus. dat. maxime
quando illud factum adimpleri sine interitu
salutis aternæ possit, quia tunc omnino
servandum est, c. si vero. 8. de jurejur. nec
liberat quem præstando interesse. Petr.
Gerard. sing. 98. num. 4. nec compensatio-
nem admittit. Gabr. Sarayna. in fin. post
Mattheilan. sing. 30. Honthem. 2. de art.
Notar. c. 29. num. 48. per text. in cap. fin. ne
prælat. vices suas. fac. & l. fideicommissa.
11. §. fin. de leg. 3. quia si in casu illius Legis
quis vel favore testamenti vel Reipubl.
præcisè ad factum tenetur, arg. à fortiori
& favore animæ tenebitur. arg. l. sancimus.
C. de SS. Eccles. c. qui reseruit. 97. & c. Julia-
nus. 94. 11. q. 3. Ludov. Gomez. ad d. §. item
si quis. Inst. de act. n. 7.

L I.

Juramentum vinculum iniquitatis esse
non debet, cap. cum contingat 26. de jure-
jur. (propius huc facit c. quanto. 18. eod. t.
inter cetera. 22. q. 4. Paris. conf. 16. num. 76.
vol. 2. Corn. conf. 11. n. 5. vol. 3. Roland. à
Vall. conf. 59. n. 25. vol. 1. Gail. 2. obs. 147.
n. 2. sed tribus comitibus sociatum esse de-
bet veritate, iudicio, & iustitia. cap. Et si
Christus. 26. de jurej. Gail. 2. obs. 77. Et si
altero horum destituatur, invalidum dici-
tur, de quibus vid. 22. q. 3. & 4. l. Imperia-
lis. 23. C. de Nupt.) & restringitur ad licita
& honesta. cap. 1. eod. tit. Card. Mantig. de
tacitis & ambig. convent. lib. 7. tit. 16. n. 19.
Mari. Giurba. ad consuet. Messan. c. 2. gloss.
7. num. 1. (Illicitum enim juramentum
præstans non opus habet absolutione, quia
non tenetur illud observare. d. c. quanto
18. de jurej. d. c. inter cetera. 22. q. 4. cum
impia sit promissio quæ scelere adimple-
tur. c. in malis. 5. 22. q. 4. Gail. 1. obs. 25. n. 5.
sicut) Non est servandum quod contra bo-
nos mores præstitum est. cap. non est obli-
gatorium, de reg. juris in 6. Steph. Grat.
discept. forens. tom. 4. cap. 692. n. 16. nec
nutritivum peccati. Grammat. decis. 12. n.
12. cum seqq. Gavalcan. de tutor. num. 168.
Mari. Antonin. lib. 2. var. res. 24. num. 18.
nec illud quod est contra jus publicum.
Fufar. de substit. q. 308. num. 26. nec quod
redundat in tertii præjudicium. Mancin.
de juram. p. 4. effectu. 110. Seraphin. de
privil. juram. 151. num. 3. Card. Mantig.
de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 33. n.
44. & lib. 13. tit. 37. num. 8.

CAP.

CAP. CXXVII.

De Juramento perhorrescentia.

Axioma I.

Quoties quis justam suspicionem concipit, se non credere, quod coram hoc Judice justitiam sit consecuturus, toties praestito juramento perhorrescentia causa ad Judicem superiorem devolvitur.

Ratio: quia sic metus est, ne Judex inferior quicquam agat contra Justitiam. Ita ergo si Judex maxime faveat reo inimico meo, si magno me odio persequatur, &c. iusta haec erunt causae perhorrescentia.

Declaratio: modo tamen causae tales in specie fuerint in supplice libello allegatae. *Mev. P. 1. Dec. 193.* Conf. *dissertatio Lauterbachii de Juramento perhorrescentia & Feltmanni Tractatus de Juram. perhor.*

CAP. CXXXIX.

De Jurisconsultis. Conf. omnino Infr. de responsis JCtorum lib. 16. cap. 49.

Axioma I.

Jurisconsulti debent esse sacerdotes justitiae & eidem ac veritati semper assistere. *l. 1. ff. de just. & jur. male contra illi, qui vel in judicando vel consulendo magis personae quam justitiae favent, contra quos disputat Fichard. conf. Lat. 1. numer. 1. & conf. German. 43. numer. 10.* ideoque Servium Sulpitium laudibus maximis evehit Cicero in *Philipp. 9.* qui eum non magis juris quam justitiae consultum fuisse ait, ita ut quae proficerentur à legibus & JCtis semper ad aequitatem facilitatemque referrent, quod de hodiernis etiam requirit G. Budaeus *annot. in pand. p. 3.* quae de causa invitos etiam ad consulendum cogi possent. *post gl. in l. 2. C. de prox. sacr. serin. lib. 12. not. Bart. in l. de tutela. C. de integr. resit. min. Felin. in c. si pro debilitate de offic. deleg. Vult. 1. conf. 15. numero 4.*

II.

Quantum anima corpore & Respubl. homine est praestantior, tanto praestantior & dignior medicina est Jurisprudentia; ita post Chassan. Bodin. Heig. & alios statuit Daniel. Ott. *de jure pub. cap. 19. p. 681.* ubi limitat de JCtis veris, de quibus est. *l. 1. de just. & jur. & l. 14. C. de advoc. divers. judic.* secus quod rabulas forenses, qui sacratissimam scientiam in mercenariam artem vertunt.

III.

Jurisconsulti officium est respondere, cavere, scribere. *l. 1. C. de offic. Assess. adde sup. lib. 3. cap. 57.* Cujac. ad *L. Gallus de liber. & postb.* adeoque in jure non in facto consistit, de quo nullus JCtus respondere cogitur. *l. cum quem temere.*

79. §. 1. ff. de judic. l. mora. 32. ff. de usur. l. pen. ad. L. Fab. de plagiar. l. 2. de jur. & fact. ignor. l. 34. deneg. gest. & ibi Cujac. in Pand. l. 1. referente ipso. Cic. in Top. Unde JCtus citra ruborem posse ignorare consuetudines & statuta dicit Fichard. in conf. Germ. conf. 18. numer. 5. JCti enim divinare non possunt. Cothman. 4. respons. 4. numer. 117.

CAP. CXXXIX.

De Jurisdictione.

Axioma I.

Jurisdicatio indubio est ordinarii. *gl. in l. 1. in fin. de judic. l. 1. in pr. §. cum urbem. ff. de offic. praefect. Urbi. l. fin. ibi qui vel certe. C. ibi & apud quem Auth. habita ne fil. pro patr. Cyn. in l. si quis ex consensu. 7. C. de Episc. aud. Frider. de Senis. conf. 130. incip. factum tale est. Vult. 1. conf. 16. n. 11. vid. Dn. Parent. in diss. VVesemb. 2. q. 1.*

II.

Jurisdicatio non ex eo quod revera debetur, sed quod petitur, est metienda. Costal. & Dd. *ad l. si idem cum eodem. ff. de jurisd. Jas. ad l. cum quaedam puella. 19. numer. 1. cum seqq. ff. eod. Joh. Gædd. 2. conf. Marp. 28. numer. 16.*

III.

Jurisdictione concessa, non intelligitur ex eo proprietas rei concessa. Vult. 2. conf. Marp. 30. numer. 162. quia proprietas fundorum nihil habet commune cum jurisdictione, ut ait Modestinus. *Pistor. conf. 21. numer. 75. vol. 1.* Unde & Dominium separatum quid à jurisdictione dicitur. *VVesemb. conf. 67. numer. 27.* & ut inquit Menoch. *conf. 21. n. 8. vol. 1.* haec qualitate à se separatam à rei proprietate habet.

IV.

Jurisdicatio quævis in Imperatore residet. *c. 1. §. judices & §. adhaec de pace tenend. & ab ipso procedit in illos, quibus per investituram confertur in quacunque mundi parte Rol. à Vall. conf. 88. numero 10. vol. 1. Vult. 2. conf. Marp. 30. numero 90.* De jure enim Regimen Reipubl. manat uti in fonte & origine apud Principem juxta *c. in apibus. 41. 7. q. 1.* & à Principe tanquam è fonte manat ac derivatur jurisdictione in alios Alex. *in l. 1. numer. 35. Baldus. in l. more ff. de jurisd. & in c. 1. §. injuria in pr. col. 2. de pac. jur. firm. Felin. in rubr. de appell. numer. 4. Alex. conf. 16. lib. 5.* unde sicut radii solis non possunt à sole separari, ita nec jurisdictione à Rege. Valasc. *de jur. emphyt. q. 8. numer. 21.* Est enim jurisdictione per se res individua, nec in judicium communi dividundo venit, ut scilicet dividatur, nec aliàs jurisdictione in minutias fracta confundatur. *C. A. lib. 10. tit. 3. th. 14.* Ex perceptione tamen & sublevatione fructuum potest censeri dividua, ut cum plures sunt filii alicujus comitis, apud quemlibet filium jurisdictione erit in solidum, quæ fuit apud patrem, sed dividendo inter se emolumenta territoria, quibus praesunt, efficient dividua. *Zaf. in l. stipulationes non dividantur de V. O. numer. 14.* atque ita fructus jurisdictionales in praedictum

dictum iudicium dividendi venire possunt. C. A. d. thef. 4.

V.

Jurisdictio praescriptione longissimi temporis amittitur & praescribenti acquiritur privative, daß der ander an der Gerichtsbarkeit nichts behält. Schmid. de feud. P. 10. sect. 1. n. 132. non autem amittitur praescriptione merum imperium, si casus puniendi facinorosos se non obtulit. Gail. L. 2. obs. 60. n. 6.

VI.

Turbata Jurisdictione civitas super violatione privilegii agere potest. Conf. Argent. Vol. 1. Conf. 20. q. 3. Besold. Thef. Pract. verb. Obrigkeit.

VII.

Jurisdictio Criminalis probatur per actus criminales Zentfäll. Knichen. de Jur. territ. cap. 3. n. 389. seqq. pignorationes de cadavere occisi Schwan. Obs. Cam. 86. 87. Besold. Thef. pract. verb. Graß, Pfand.

VIII.

Concessione Castri cum Jurisdictione, mit den Gerichten / non venit merum Imperium Knichen. de Jur. territ. cap. 1. n. 281. imò nec concessione cum Jurisdictione omnimoda mit allen Gerichten und Obrigkeiten M. Steph. de Jurisd. L. 1. cap. 2. num. 9. 10. multo minus veniunt regalia, etiam si adjecta sit clausula mit allen Herrlichkeiten / Rechten und Gerechtigkeiten. wid. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 7. Besold. Thef. Pract. verb. Gericht.

IX.

Cuicunque competit exactio Gallinae, des Reuchhuhnes / illi competit in praedio isto moribus Germaniae alta Jurisdictio. Cujus ratio videtur esse, quia gallinae in altum evolare ibique requiescere solent, hinc altitudinem juris quali designant. Conf. Webner. in observat. Pract. voc. Saffnachts-Zühner.

X.

Jurisditionem omnimodam qui habet, universalem habere videtur. gl. in Clem. c. 1. verf. omnimodam de for. compet. Felin. in c. auditis. num. 13. de praescript. Vult. 3. conf. 19. numero 10. Qui enim habet territorium, praesumitur habere jurisdictionem, & qui jurisdictionem habet in genere, omnes ejus species habere praesumitur. Genus namque includit omnes ejus species potentia, nisi alius quasdam species se habere dicere possit. Bart. & Alciat. in l. pupillus. §. territorii. ff. de V. S. per text. in l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisd. Auth. de defens. civil. §. iusjurandum. Conf. Arg. i. conf. 19. num. 29.

XI.

Jurisditionis distincti sunt modi nec ab una specie ad alteram colligere licet. Jaf. in Imperium. ff. de jurisd. Bertachin. de Gabell. c. 11. n. 1. Chastan. in consuet. Burg. rubr. des justices. verb. & droits. num. 96. Zaf. conf. 16. n. 58. lib. 2. Alex. conf. 68. num. 18. vol. 2. Myns. conf. 16. num. 11. Meichsner. decis. 4. num. 170. tom. 2. & decis. 17. n. 19. decis. 27. num. 18. tom. 4. Victor. disp. de caus. Exemp. Imper. concl. 34.

XII.

Jurisditiones non debent confundi. c. perve. nit. 39. 11. q. 1. l. nemo. 4. C. de jurisdict. & ibi gl. verb. auxilium. Guid. decis. 436. n. 3. Gail. 2. d. P. P. obs. 17. n. 5. Separatae enim jurisdictiones se paratos requirunt iudices. c. 2. licet. ex suscepto. 10. de for. compet. §. in super. 2. vers. praeterca de prohib. feud. alien. per Frider.

XIII.

Jurisdictio quae secundum quid non existit in substantia, multo minus potest consistere in qualitate. l. actor. 23. C. de probat. ubi Bald. Jaf. in l. ejus qui §. quid si stipulatus. n. 3. si cert. petatur. Conf. Arg. i. conf. 11. n. 97.

XIV.

Quicquid est intra fines jurisdictionis, dicitur esse sub jurisdictione dominantis. Socin. in cons. 127. vers. 4. & ult. col. 3. vol. 1. Afflict. in c. ad hac not. de pac. juram. firmand. Pacian. 36. num. 46.

XV.

Jurisditionis fundamento sublato quicquid superstruitur corrumpitur. l. Ego tecum. 26. ff. de Except. rei jud. 101. tit. C. si a non compet. jud. Dd. in l. fin. C. de Except. Vult. 3. conf. Marp. 35. num. 45. Et ubi jurisdictionis statuentium cellat, ibi statuti dispositio non obtinet l. fin. ff. de jurisd. l. 1. fin. C. de susp. tut. Gail. 2. obs. 124. num. 5.

XVI.

Jurisdictio est jus transmissibile. c. venerabilis. 13. qui fil. sint legitim. Bald. in l. 1. C. de emancip. liber. l. mandati. C. mand. l. 1. C. de oper. libert. Bart. in l. non ambigitur. ff. de LL. Boer. decis. 204. in fin. quod de jurisdictione ex moribus hodiernis definita accipiendum esse, quae jurisdictionem, die Gerichte und Botmäßigkeit / castro coherere & ad heredes transire per tradita Gail. 2. obs. 2. num. 16. observavit Ampl. Dn. D. Tabor. in quest. Wesenb. disp. 2. q. 4. Unde & jurisdictionem inesse in territorio passivè & materialiter veluti in reinanimata, in Magistratus verò persona formaliter & activè tanquam in subiecto animato notarunt, Bald. in l. 1. §. initio. num. 2. de offic. praefect. urbi & in §. ad hoc num. 5. & 6. de allodis. Jaf. in l. 1. num. 15. de jurisdict. Boer. decis. 227. num. 7. Hier. de Mont. in tract. fin. reg. c. 11. n. 15. imò & indubio jurisdictionem potius coherere territorio quam personae extendunt. Bart. in l. inter. 29. de acquir. dom. & conf. 189. primo quaesitum. num. 2. Wesf. in paratit. ff. de jurisdict. num. 10. Gail. d. obs. 2. num. 16. Menoch. 3. de praesumpt. 97. n. 48. quod procedere si loquamur de ea jurisdictione, quae personae cum territorio in consequentiam, ut hodie fieri solet, conceditur. Reincking. lib. 1. de R. S. & E. class. 5. c. 1. num. 8. secus verò esse si fermo sit de jurisdictione jure Magistratus & officii ut apud veteres competente quam personis coherere, limitavit Dn. D. Tabor. dict. disp. 2. q. 10.

XVII.

Jurisdictio ordinaria morte mandantis non finitur. Wesenb. in parat. ff. de jurisdict. num. 14. Treut. 1. disp. 3. th. 12. lit. a. Alex. in l. more. ff. de jurisdict. Ut enim morte Proconsulis legatus ejus non amittebat jurisdictionem, Bocet. cl. 5.

el. 5. disp. 10. in fin. ita nec iste. conf. Paurmeist. de jurisd. cap. ult. Dn. Parens disp. VVesenb. 1. n. 15. Ubi declarat, verum esse quoad jurisdictionem propriam seu hereditario competentem, non verò quæ Magistratus jure concessa & à primaria orta est, & in specie mandata dicitur. l. 6. ff. de jurisd. adde VVesenb. d. num. 14. & post eum Ungepaup. in not. ad dict. tit. verb. maxime de jurisd.

XVIII.

Jurisdictionem concedens inferiori intelligitur eam indubio non privative sed cumulative concessisse. Panorm. in c. Pastoralis. numero 6. exir. de offic. ordinar. adeo ut eadem potestas & jurisdictionis superiori adversus homines sui Vasalli etiam competat juxta regulam, si vinco vincentem te, multo magis te vinco. cap. auctoritate. 7. exir. de Concess. prebend. in 6. l. de accessio. nibus. 14. §. itaque vers. nam qui me potior. ff. de temp. prescrip. & sic cumulative concurrens superior cum inferiore circa jurisdictionem, nisi illa per inferiorem fuerit preventa. Dec. conf. 3. numero 3. Rip. de peste. c. de remed. preservativ. num. 60. Brun. conf. 47. n. 3. Menoch. de arb. jud. quæst. lib. 1. q. 40. num. 3. Carpz. p. 3. quæst. crim. 109. num. 95.

XIX.

Jurisdictionis non presumitur sed probanda est. Bald. in l. prohibitum. C. de jur. fisci. num. 11. quia jurisdictionis est qualitas quædam accidentaliter, quæ homini naturaliter non inest, sed ita competit uni & non alteri, ideo probanda. gl. & Dd. in cap. si forte. verb. scientie. de Elect. in 6. Conf. Arg. 1. conf. 31. num. 3.

XX.

Ea quæ jurisdictionis sunt, illa etiam possunt præscribi. Goeden. conf. 39. f. 131. num. 55. l. viros. §. C. de offic. divers. off. lib. 12. Bald. in l. fin. C. de prescrip. long. temp. Boer. decis. 227. n. 9. per c. ex literis. 7. de jure patronat. Francisc. Balb. in tract. de prescrip. n. 2. p. 5. q. 1. 2. 3. Innocent. in c. dilectus. 2. de cap. Monach. n. 3. VVesenb. in parat. ff. de jurisd. num. 12.

Limita, nisi in suprema, hæc enim præscribi non potest. arg. l. competet. C. de prescrip. 30. ann. Joh. Andr. in c. 1. de Cler. egrotant. lib. 6. Unde non posse præscribi, ne appelletur ad Principem, quia hoc ad summam jurisdictionem pertinet, ait Bald. in Auth. quas actiones. num. 4. C. de SS. Eccles. nec princeps poterit (licet maxime velit) concedere privato suam supremam jurisdictionem. Bald. in l. 1. §. in initio ff. de offic. prefet. Urb. num. 6. vid. Valasc. de jur. Emph. c. 8. num. 29.

XXI.

Jurisdictionis voluntariæ quæ sunt, exerceri possunt etiam in alieno territorio. l. 2. ff. de offic. proconsul. l. 7. C. de Emancip. liberor. Innocent. in c. novit. de offic. legat. & in cap. quæ fronte. 25. de appell. clem. 1. de for. compet. ubi nominatim refertur de Rege Romanorum, quod militem creaverit in Senatu Parisiensi, add. Tiraq. de nobilit. c. 6. num. 26. v. Laurent. Sylvan. de recognit. feud. quæst. 19. n. 8. & seq. Intellige quoad proprios subditos vel eos, qui proprio consensu prorogare pos-

sunt jurisdictionem & quoad res in sua potestate existentes. d. c. novit. de offic. legat. Covar. de matrim. p. 2. cap. ult. num. 44. Arnif. lib. 2. de Major. c. 2. num. 8.

CAP. CXXX.

De Jurisprudencia.

Axioma I.

Quæcunque res ita comparatae sunt, ut leges de iis ferri illisque applicari possint, illa spectant ad Jurisprudenciam.

Ratio: quia Jurisprudencia finis est in actiones hominum iustitiam inducere; res ergo aptæ esse debent, ut leges de iis ferri illisque applicari possint, cum Lex sine applicatione sit otiosa.

Exempl. ergo ad Jurisprudenciam pertinent res divinae quoad cultum externum, non verò res impossibiles, quia earum nulla est obligatio vid. L. Generaliter novimus 26. ff. de V. O.

Limita: modò res moraliter fuerint licitæ.

II.

Quatenus Res Divinae externis expediuntur, eatenus sunt objectum Jurisprudenciae.

Ratio est in axioma. anteced. ita ergo ad Principem spectat administratio impensarum ad cultum divinum requisitarum, inspectis in acta ecclesiae, vocatio ministrorum, convocatio Synodorum, Jus circa disciplinam in Ecclesia, Jus condendi statuta de rebus circa religionem, & ejusmodi statutis vim legum Civilium addendi, & in genere disponendi de omnibus iis, quæ religionem circumstant, ordinemque ac decus spectant. vid. Sam. Pufendorffii tractatus de Habitu Religionis Christiane ad vitam civilem. Conf. Brunnemann. Jus Eccles. Lib. 1. cap. 1. §. 6. & cap. 2. §. 2. & 14.

III.

Quæcunque res jure divino morali non habent certam determinationem, illa subjectæ sunt decisioni principis, & consequenter spectant ad objectum Jurisprudenciae.

Quia ubi desinit Legislator divinus, ibi incipit Legislator humanus sive Princeps, quippe qui est cultus utriusque Tabula. Poterit ergo princeps venationem privatis auferre, non verò adulteria concedere.

Limita: possunt tamen illa, quæ jure divino decisa sunt, legibus civilibus (1.) juberi, (2.) determinari, (3.) exasperari. Brunnem. de Jure Eccles. L. 1. cap. 2. num. 34.

CAP. CXXXI.

Jus.

Axioma I.

Jus totum consistit aut in acquirendo aut conservando aut minuendo. l. ult. ff. de LL. intellige

non de universi juris partibus, sed tantum de jure rerum & hominum hoc jure utentium fine, ut apparet ex verbis *quis rem vel jus suum. d. l. fin. & ex Ulp. lib. 2. Inst. ubi de rebus potissimum eum egisse docet collatio l. 1. de servit. præd. rust. l. 1. Commun. præd. l. 15. de legat. Treutl. disp. 2. vol. 1. tit. 1. lit. 4.*

II.

Jus semper certum & finitum esse dicitur. *l. 2. ff. de jur. & fact. ignorant. Cujac. 5. obs. pen. Welsenb. de probat. num. 7. quod hætenus verum est, quatenus scilicet de arte juris in se spectata loquimur. Aliàs enim si de jure omnibus facti speciebus applicando agitur, jus non semper certum sed potius incertum esse apparet, adeoque discreti Judicis arbitrio relictum dicitur, qui rem ex æquitatis regula definiat. l. 2. §. 5. de aq. & aq. pluv. arc. act. cum non omnes casus & articuli Legibus & Senatusconsultis comprehendi possint. l. 10. ff. de LL. Umm. in disp. ad process. 1. th. 3. n. 15. Menoch. conf. 367. n. 3. vol. 4. Anton. Fab. in rat. decid. ad l. 1. v. sive jus stipulatus de reb. cred.*

III.

Jus semel extinctum amplius reviviscere non potest. *l. qui res. 60. §. aream. 8. ff. de solut. l. qui servum. 24. ff. de O. & A. l. inter. 83. §. 4. vers. nam cum de V. O. l. quid tamen. 10. §. 1. ff. quem adm. usufr. amitt. l. 3. §. si capitis. 9. vers. amplius ff. de bon. libert. l. in rem. 23. ff. de rei vindic. l. sed si meis. 26. §. arbor. 2. ff. de acquir. dom. l. in tantum. 6. §. fin. ff. de rer. divis. l. pen. C. de remiss. pign. Phil. Matth. 2. conf. Marp. 26. num. 9. Dec. in l. cum mota. C. de transact. num. 3. Unde regula: femina semel exclusa semper censetur exclusa. G. Anton. disp. feudal. 6. th. 6. pag. 101.*

IV.

Jus in facto est positum, ex quo sumitur. *v. supr. lib. 6. cap. 3. ax. 12. l. si ex plagis. 52. §. in cli-vo. 2. ff. ad l. Aquil. l. obligamur. 52. §. ex facto 8. ff. de O. & A. §. fin. Inst. de fideicom. hered. Roland. à Vall. conf. 23. in pr. vol. 4. Quod eleganter declarat Hilliger in Donell. Enucleat. 1. comm. ult. & jurisconsultus facto certificato respondet. l. eum quem 79. §. 1. ff. de judic. Vult. 1. conf. Marp. 15. n. 50. ejusque pondus consistit. Bald. ad l. petens. C. de pact. per l. ut responsum 15. C. de transact. ut si in aliquo illud sit vitiatum, ipsam oporteat juris decisionem vitari. Vigl. Zvvi chem. ad pr. n. 25. Inst. de testam. ordin. per l. 1. l. omnis definitio. 202. ff. de R. I. l. nonnunquam. 72. ff. de judic. l. Pomponius. 15. ff. de neg. gest. l. iusjurandum. 34. ff. de jurej. l. aut. facta. 16. ff. pen. Gædd. 1. conf. Marp. 27. n. 1. vol. 1.*

V.

Jus commune facilius tollitur quam speciale, *gl. in postquam liri. C. de pact. ubi Dd. Bald. in cap. 1. quo temp. miles. gl. in c. 1. §. præterea si quis. de prohib. alienat. per Frid. Ludov. Roman. in l. 3. §. si servus. de acquir. poss. ff. Socin. conf. 299. Pantfchman. p. 2. quest. pñct. 17. n. 63.*

VI.

Aliud est jure fieri, aliud ipso jure fieri; illud facto opponitur. *l. 27. C. de inoff. testam. hoc vel factum hominis judicis vel partis prorsus excludit, ut in l. 5. C. de pact.*

VII.

Jus sibi qui dicit in eo, quod jus dicentis auctoritatem, quam implorare debuerat, neglexit, indignus est, ut Legis aut Magistratus opem sentiat. *arg. l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor. Carpzov. p. 4. jurispr. forens. constit. 46. defin. 10. num. 3. Anton. Faber. in C. lib. 9. tit. 20. defin. 8. num. 5. Joh. Harprecht. ad §. hac actio. num. 78. Inst. de injur.*

VIII.

Jure suo absque lege expressa nemo est privandus. *§. cum igitur. vers. sicut enim patres ibi nec qualibet lex est, aliquid tale dicens Auth. de non elig. secund. nupt. l. est quis Divus 14. §. Divus. 14. ibi non recte facere, penam tamen in eum statutam non esse. ff. de religio. Barbat. conf. 11. num. 6. vol. 1. Hieron. Pantfchman. p. 1. quest. 4. num. 25. Bald. in Auth. ex testamento. C. de secund. nupt.*

IX.

Jus semel alicui acquisitum ei invito rursus auferri non potest. *l. fin. de pact. l. 53. pr. de judic. C. I. A. de appellat. recip. th. 3. num. 2. §. ult. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur.*

Declara & limita hanc regulam, nisi alicui adimatur auctoritate publica a Principe ob communem utilitatem. *gl. in l. ult. C. si contr. juvel uti l. publ. l. 13. Comm. præd. vid. Gothofr. Anton. disp. 6. th. 2. vid. 1. tr. P. Anton. de Petra. de jure questio.*

X.

Quoties alterutro jure quid est expressum, quod in altero est controversum, toties ea definitio expressa valet in utroque foro. *c. 1. & 2. de juram. in 6. Jas. in l. 2. num. 23. C. si contr. jus vel util. publ. Blanc. de compromiss. quest. 2. numero 47. Corf. indag. lib. 2. c. 6. Alterum enim jus suppletur per alterum. Panorm. in cap. super questionem 27. de offic. deleg. c. meminimus. 9. de appellat. gl. in c. ult. de judic. & c. 1. ubi Bald. de prescript. & c. nullus. 5. de jurejur. c. Fraternitatem. 15. §. 4. distinct. facit l. nam ut ait. 13. verb. suppleri. de LL. l. unic. C. de in off. dot. VVelsenbeck. conf. 1. num. 20.*

XI.

Quod ipso Jure non tenet, id ligare non potest. *l. nam etsi sub conditione. 5. de injust. rupt. & irrit. l. si expressim. 9. de appell. Welsenb. 1. conf. 40. num. 78.*

XII.

A jure suo nemo recedere præsumitur. *gl. in c. pen. verb. præsumendum. de condit. apposit. Welsenb. 1. conf. 4. n. 75.*

XIII.

Ubi jus commune in conventionem deficit, ibi exactio civilis nasci non potest. *Bald. & Dd. in l. si unus 27. §. pactus ne peteret. de pact. per l. licet. 42. §. ea obligatio. 2. de procur. l. pupilli. 6. §. videamus. 18. ff. de neg. gest. Welsenb. in parat. ff. de pact. n. 9.*

XIV.

Jure alterius utens, de ejus jure prius duci debet. *l. ut quæ nondum. 15. §. quod dicitur. 1. ff. de pign. l. cum res. 5. C. si alien. res pign. datur. fit. quia nemo plus juris transferre potest in alium.*

alium, quam ipse habet. *l. nemo potest. 54. ff. de R. I. c. nemo 79. cod. in 6. l. iudicio. 20. ff. de acquir. dom. Unde Bart. in l. si sic. ff. de legat. 1. dixit, quod si Comes concesserit Ecclesie quicquid habet juris in tali loco, concessio illa non valeat, nec quicquam operetur nisi constet de jure concedentis, quem sequitur & Roland. à Vall. conf. 82. num. 11. vol. 2. & conf. 100. numer. 161. vol. 4. Eadem ratione de re aliqua ab Imperatore etiam facta alicuius ullum donatario non tribuit, nisi ostendatur, quod res ista spectaret ad Imperatorem, per ea quæ respondet Ruin. conf. 13. n. 7. vol. 1. quare jus suum in investitura sibi ab alio facta fundans, probare debet de jure investientis si illud negetur, prout multis deducit Cravett. conf. 124. vol. 1. & in terminis cessionis. Welenb. per l. nec creditores. 10. C. de pign. act. conf. 2. n. 75.*

XV.

Juri communi quilibet se conformare voluisse censetur. *l. si duo. ff. de acquir. hered. Bart. & Dd. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Decian. resp. 1. num. 121. vol. 2. Paris. conf. 40. n. 34. Regner. Sixtin. 2. consil. Marp. 13. n. 26.*

XVI.

Juris auctoritas non est in potestate judicantium sicut facti potestas. *l. ordine 15. ff. ad municip. judex enim non potest efficere, quin furti damnatum sequatur infamia. l. non poterit. 63. ff. de furt. Welenb. in parit. ff. de his qui not. infam. num. 8.*

XVII.

Jus quæsitum fortius est, quam jus quærendum, *l. si ita scriptum 45. §. 1. l. si ita scripsisset. 46. ff. de legat. 2. Brunor. à Sole. in locis communibus verb. jus. n. 21. Joan. Maria. Novar. quæst. forens. lib. 2. q. 2. n. 2. & ideo difficilius amittitur. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 67. n. 3. & remittitur. l. fin. C. de acquir. poss. §. l. qui autem 6. in princ. ff. quæ in fraudem cred. Surd. conf. 351. n. 38. vel ab invito aufertur. *l. fin. ff. de pactis. l. id quod nostrum. 11. ff. de regulis juris. Thomas de Thomasset. in floribus legum. reg. 239. Carol. de Grassis. de except. except. 32. num. 20. Joan. Maria Novar. d. lib. 1. q. 14. n. 8. & q. 20. n. 1. & q. 100. n. 2. Facilius enim impeditur jus quærendum, quam quod tollatur jus jam quæsitum. (*l. fin. C. de acquir. poss. gl. & Dd. in l. servus. 3. C. de pact. fac. text. in l. quod autem. 6. in pr. ff. quæ in fraud. cred. l. si sponsus. §. si maritus. 1. de donat. inter vir. & uxor. Conf. Arg. 1. conf. 91. num. 52. per d. l. servus. l. 1. §. confertur. 23. ff. de collat. bon.*) Alexand. conf. 196. Visis. n. 5. lib. 7. quem refert Card. Tusch. pract. conclus. tom. 3. lit. F. conclus. 12. n. 7. Surd. conf. 175. n. 40. & conf. 519. n. 3. & conf. 552. n. 9. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 257. n. 12. & 13. Et jus quærendum facilius remittitur quam quæsitum.**

l. fin. Cod. de acquir. poss. gloss. & Doctores. in l. servus. ff. de pact. Surd. conf. 351. n. 38. (Anton. Gabr. concl. de jure quæsito non toll. citat. ab Arnif. 2. relect. polit. 6. sect. 1. n. 55. Unde jus, quod in spe duntaxat est quæsitum, poenitendo, repudiando, & alienando auferre alii possumus, priusquam illud plenè & perfecte acquiratur. l. 3. ubi Bart. post. gl. ff. de serv. export. l. 1. ubi Bald. C. si mancip. ita fuerit. Hartman. Pistor. 2. quæst. pract. 4. num. 32. quod procedit regulariter in his, quæ ab ipsomet poenitente vel repudiante aut alienante ad nos debebant pervenire: secus enim esset in iis, quæ aliunde & ex providentia alterius habere debebamus, prout latè examinat Hartm. Pistor. lib. 2. obs. 4. n. 32. citat. à Gæd. 1. conf. Marp. 27. num. 88.)

XVIII.

Juris executio nec metum, nec injuriam infert. *l. nullus videtur. 55. ubi Dec. & Cagn. ff. de regulis juris, Surd. decis. 21. num. 14. cum seqq. Anton. Gomez. Lusitan. decis. 35. num. 1.*

XIX.

A Jure communi concessum frustra precibus impetratur. *l. 1. ff. ad municip. l. Imperatores. 30. ff. de priv. credit. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Surd. decis. 173. n. 18. & conf. 216. n. 23. & conf. 298. n. 26. Escob. de ratiocin. cap. 6. n. 29. in fine Joseph. Vela. dissert. forens. dissert. 1. n. 28. & dissert. 17. num. 6.*

XX.

Jure dantis confirmato, confirmatur jus accipientis. *l. cum vir. 42. ff. de usucap. l. rem alienam. 41. ff. de pignorat. actionib. Anton. Gom. var. tom. 2. c. 2. n. 35. in fine. (Unde Jus auctori superveniens confirmare dicitur jus successoribus. l. pen. in fin. ff. de castr. pecul. Bart. in l. cum vir. n. 10. ff. de usucap. eique prodest tam ad agendum quam ad excipiendum. d. l. rem alienam. ubi communiter Dd. de pign. act. quod tamen axioma in eo demum juris genere verum est, si acceptor aliquid ab auctore habet, ut si acceptor dominium habeat, id ei confirmatur immutabiliter, si immutabili conditione accepit: mutabiliter, si & ita accepit: vel si pignus & hypotheca sit, id etiam acceptori confirmatur, sed non propterea, quod auctor rei istius factus sit Dominus immutabiliter: potest enim vel hypothecarius nactus videri dominium, vel qui mutabiliter ab auctore dominium nactus, propterea videri Dominus quoque immutabiliter fa-*

ctus, prout declarat Costal. in l. 41. de pign. act. l. si quis alienam. 46. ff. de action. empt. l. cum res. §. C. si res alien. pign. dat. Vult. 3. consil. Marp. n. 238.)

XXI.

Jure dantis resolutio, resolvitur & jus accipientis. l. lex vectigali. 31. ff. de pignori. l. 4. §. si ex duobus. 2. ff. de in diem adject. cap. nuper. 6. de donat. inter virum & uxorem. decis. Pedem. 156. n. 12. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 3. n. 8. in fine. Bertazol. de clausul. instrument. claus. 15. gloss. 2. num. 16. D. Barbo. in l. quia tale. n. 86. ad fin. ff. soluto matrim. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. resol. fin. casu fin. Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. R. concl. 272. ubi intelligit in iis, quae habent dependentiam successivam, non in iis, quae in ipso instanti radicantur, & perfectionem habent in se.

XXII.

Jure diverso una eademque res censi non debet, l. cum qui ades. 23. ff. de usu. cap. cap. cognovimus. 29. 12. qvæst. 2. cap. quia circa. 22. de priv. cap. cum in tua 30. de decim. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloss. 18. n. 23. & §. 8. gloss. 5. n. 14. ante fin. & de nobilit. cap. 28. n. 11. cum seqq. Mexi. in tract. taxæ panis, concl. 2. n. 63. Surd. de aliment. tit. 2. qvæst. 15. n. 150. & seq. & conf. 152. n. 39. Ugolin. de offic. & potest. Episcopi. c. 20. §. 10. n. 2. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 54. Cevall. commun. contra commun. tom. 4. q. 899. n. 36. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. §. 6. præm. num. 64. 69. & seq. & gloss. 43. n. 160. Ludov. Rodolphin. var. qvæst. lib. 2. qvæst. 42. num. 48. Narbon. de appellat. à Vicario ad Episcopum. p. 1. numero 81. Anton. Monach. Lucen. decis. 21. num. 23. & decis. 67. n. 9. & Florent. decis. 28. n. 12. ubi secus ait respectu diversorum, Rot. decis. 669. num. 3. apud Farinac. p. 1. recent. Sanctarel. var. resolut. part. 1. qvæst. 26. num. 15. Vincent. Carot. in tract. de patre filiam simpliciter dotante. qvæst. 5. vers. et si dicatur. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 940. n. 8. & 25. Reinoso observ. 54. num. 7. ubi dicit, quod eadem res diversimode censi potest, ubi concurrunt plures intelligendi formæ. Joan. Maria Novar. qvæst. forens. lib. 1. qvæst. 13. num. 6. Castell. controverf. lib. 5. part. 2. cap. 97. num. 29. & seq. & cap. 10. num. 15. Limita, ut dicebamus, respectu diversorum, quia tunc diverso jure censi debet. Tiraq. d. cap. 28. num. 13. Gonzal. d. §. 6. num. 69. & 70. Menoch. remed. 1. recuper. num. 36. Mari. Giurba. in

consuet. Messan. cap. 9. gloss. 10. num. 5. & seq. Vincent. Fufar. in subfist. qvæst. 297. n. 24. cum seqq. & numer. 28. Joan. Anton. Mangil. de imputat. qvæst. 37. numero 29. Vincent. Carot. cit. loco. vers. secundo respondetur, qui, in vers. nam primò limitat, etiam rationabili causa existente, per quam una & eadem res diverso jure censi potest ex accidenti contingente, ex præsumpta legis mente, similive modo, & in vers. tertio, limitat etiam & intelligit, ut una res diverso jure censi non debeat corporali consideratione, secus intellectuali.

XXIII.

Jure suo qui utitur, nemini facit injuriam, sup. lib. 9. cap. 62. axiom. 21. l. injuriarum. 13. §. 1. ff. de injur. l. 3. §. is tamen. ff. de libero homine exhib. l. quod Reip. 33. ff. de injur. l. fluminum. §. ult. ff. de damno infecto. l. Proculus. 26. ff. eod. tit. l. si donatus. 9. §. si quis indebitam. 1. ff. de condit. caus. l. si in meo. 21. ff. de aqua pluviae arc. cum Eccles. 21. vers. quia, de elect. Cagnol. in l. nemo damnum. n. 2. ff. de regulis juris. Nav. conf. 32. n. 4. sub. tit. de præbend. in antiq. Thom. de Thomass. in floribus legum, reg. 251. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 29. Mascard. de probation. concl. 1051. n. 31. Surd. conf. 374. n. 17. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. qvæst. 1. n. 164. Farin. in praxi crimin. qvæst. 105. n. 136. Franc. Leo. in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. cap. 3. n. 75. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 12. n. 2. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 162. per totam. (nec fraudem committere dicitur. l. merito. 51. ff. pro soc. Dec. in l. nullus. 56. de R. I. & late conf. 621. n. 3. Wefenb. 1. conf. 34. n. 20.) Unde juris executio injuriam non continet. l. injuriarum actio. §. is qui inter. ff. de injur. Rom. conf. 387. In terminis, in princip. (Jus enim suum tueri nemo prohibetur, nec in eotendo vim & injuriam inferre censetur. d. l. Proculus. 26. de damno infecto Goed. conf. 2. num. 13. pag. 13. Unde si emptor soluto pretio rem emptam venditori subtrahit, furti non tenetur. l. cum qui emit. 14. §. 1. ff. de furt. nec creditores, qui possessionem non reddita sibi pecunia juxta conventionis Legem ingrediuntur, furti tenebuntur, l. creditor. 3. C. de pignor. neque etiam Vasallus rem per abutivam investitura sibi in feudum concessam apprehendere non prohibetur. arg. l. 48. de acquir. poss. Alvarot. in c. 1. 2. F. 2. Exemplum elegans est in Timoleone Duce Græciæ, cui cum

cum Lamestius homo petulans vadimonium vellet imponere, plures autem concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coercere vellent, Timoleon rogavit omnes, ne id facerent. Nam id ut Lamestius ceterisque liceret, se maximos labores summaque adiisse pericula: hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. *Æmil. Prob. in vita Timoleon. d. c. 5.*

Pro declaratione distingue inter jus in re & ad rem: qui ergo jus suum quod habet in re absque judiciali auctoritate quaerit, magnoperè delinquit, nemo enim privata auctoritate arguere debet possessionem *l. 176. de R. I. cum judicia vel ideo maximè constituta sint, ne quis per semet ipsum potius quam per judicem jus suum consequatur, l. nullus. 14. Cod. de Judeis. Pac. in anal. C. de acquir. poss. n. 6. Merito itaque is, qui juri publico nititur, & spero Legum auxilio sibi ipsi jus dicit, contra tot. tit. C. ne quis in sua causa temeritatis suae poenas luit, & cum vitiosa, jus simul omne suum amittit, ut in simili quoque casu constitutum est. in l. 13. ff. quod met. caus. l. 6. & seq. C. unde vi.*

XXIV.

Jure ejus uti debet, qui in jus succedit alterius. *l. si aqueductus. 47. ff. de contrab. empt. cap. is qui in jus. de regul. juris, lib. 6. Rebuff. in tract. nominat. q. 8. n. 12. cum seq. Aloyf. Ric. in collect. decis. p. 5. collect. 1784. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. §. 1. n. 79. Monet. in tract. de decimis, c. 8. q. 4. n. 50.*

XXV.

Jure quod expressè sancitum non reperitur, non est superstitionis inventionibus praesumendum, *l. si verò. 64. §. de viro. 9. ff. soluto matrim. c. consilui si. 202. q. 4. §. 5. Surd. de aliment. tit. 1. q. 4. n. 2. & decis. 87. & decis. 255. n. 2. & cons. 158. n. 13. & consil. 308. n. 3.*

XXVI.

Jus metimur ex persona Actoris, non ex persona rei, *Surd. de aliment. tit. 6. q. 4. §. 4. num. 9. & cons. 150. num. 89.* (sicut etiam metimur secundum potestatem concedentis. *l. 1. Cod. si pign. dat. Alex. in l. 1. col. 11. ff. solut. matr. Conf. Arg. 1. conf. 7. num. 34.*) *Card. Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 117. num. 13. ubi num. 14. subdit, procedere etiam respectu qualitatatis, quae fundat intentionem agentis, quia si non est probata, Reus absolvitur. Vide supr. à lib. 1. c. 24. axiom. 7. vers. ratio.*

XXVII.

Jus suum cedens, vel renuncians, non

habet amplius regressum ad illud. *l. q. venditor. 9. ff. de adilit. edicto l. si maritus. 15. §. si negaverit. 5. ff. de adulter. l. 1. §. qui semel. 6. ff. de success. edicto, Dec. cons. 389. Visa longa, num. 10. Roman. cons. 369. Circa primum. num. 16. Afflict. decis. 220. num. 19. Jaf. cons. 133. in princip. lib. 4. Cravet. cons. 74. num. 4. & cons. 166. n. 6. & cons. 191. n. 3. Ubi ait, quod tali agenti ex jure quod cessit, potest excipi: Amice, jura tua cessisti alteri, tibi non competit actio, *Roland. à Valle cons. 95. num. 13. lib. 1. & cons. 57. n. 12. cum seqq. lib. 3. ubi dicit, quod procedit Axioma, sive renunciaret expressè sive tacitè. Ambrosin. Perus. decis. 3. num. 6. Limita tamen in eo, qui cessit, vel renunciavit juri suo ex causa certa, vel sub conditione, quia causa non impleta, vel conditione non purificata revertitur ad jura sua, Cravett. cons. 127. n. 13.**

XXVIII.

Juri suo quilibet renunciare potest. *l. si quis in conscribendo. 40. Cod. de Episcop. & cleric. l. pen. C. de pactis. cap. tuus. 39. vers. nisi. de testib. cap. ad Apostolicam. 16. de Regularib. cap. de terra. 6. de privil. Tiraq. de jure primog. q. 24. n. 4. cum seqq. Socin. reg. 8. Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. 203. n. 5. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 58. D. Barbof. in l. alia §. eleganter. n. 12. cum seqq. ff. soluto matrim. Morla. in emporio juris civilis. tit. 10. de locato, q. 2. n. 12. Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 22. q. 10. Card. Tusch. tom. 6. lit. R. concl. 170. cum seq. Joan. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 7. n. 49. Hieron. Fernandez de Ottero in interpr. cap. 1. de ordine cognit. n. 27. Soar. de legib. lib. 8. cap. 33. per totum. Card. Tusch. tom. 6. lit. R. concl. 170. Octav. Glor. resp. 1. p. 3. n. 42.*

Intellige procedere in iis, quae singulorum privatam respiciunt utilitatem, non ita si publicam offendant renunciatio, juxta text. in l. jus publicum. 38. ff. de pactis, & in l. 2. §. sed quia veremur. 4. Cod. de jurejur. propter cal. & in cap. si diligenti. 12. de foro comp. Fortun. in l. 1. §. hujus studii, à num. 9. ff. de justit. & jure. Cov. in cap. quodamvis pactum. p. 2. §. 1. num. 5. & 6. Gutier. de jurament. confirm. p. 1. cap. 1. à n. 2. & cap. 16. num. 50. Alexand. Turam. de legibus. p. 2. cap. 6. à n. 2. D. Barbof. in l. 1. p. 1. num. 63. ff. soluto matrim. & in d. §. eleganter. à num. 14. cum seqq. Soar. d. lib. 8. cap. 6. à princip. Novar. in tract. de finib. hum. act. num. 29. Armendar. in proem. addit. ad recopil. legum Navarrae. num. 23.

Verum

Verum ut clarius pateat hæc resolutio, sic distinguendum credo: vel enim lex, seu privilegium respicit utilitatem alicujus communitatis, aut Ordinis, quia scilicet in favorem totius communitatis, aut Ordinis totius concessum est, ut in privilegio fori clericis concessio, ne ad forum seculare trahantur, ut declarat Pontifex in d. c. *si diligenti de jud.* inde meritò inferens, singulos clericos tali privilegio renunciare non posse, & ratio est manifesta, quia licet privatum jus ex singulorum pendeat voluntate, non ita illud quod respicit totam communitatem, & quia quolibet privatorum dispositio alteri tertio nocere non potest. c. *non debet. 23. de regulis Juris. lib. 6. cap. quamvis pactum, de pactis, eod. lib. cum similibus.* Huc etiam pertinent exempla, quæ ponit Jurecons. in d. §. *hujus studii.* Aut verò privilegium conceditur singularibus & privatis personis, & subdistingve; vel enim principaliter respexit earum favorem, & secundariò bonum publicum, quatenus scilicet lex, vel Princeps rectè disponendo res privatorum, intendit etiam communem utilitatem, quæ resultat ex eo, quod civitas, seu Regnum opibus abundet, & cives habeat locupletes, & in hoc casu procedit hoc Axioma, quod iis, quæ pro se introducta sunt (si aliud non obstat) quilibet renunciare potest, nec attenditur utilitas Reip. secundaria, & minus principalis. juxta reg. l. i. ibi, *prima enim ratio. ff. de auctor. tutor.* & in simili de præjudicio tertii minus principali, notat. gloss. ult. in d. c. *quamvis pactum*, recepta, ex multis, de quibus Cov. p. 3. §. 3. numero 7. & optimis exemplis explicat Sanchez. in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 3. c. 9. n. 31. & 39. Vel lex, aut privilegium disponendo de privatorum bonis, non respicit principaliter eorum privatum favorem, sed publicam utilitatem, quia non tam civium utilitati consulit, quam publico incommodo, ut contingit in juramento calumniæ, juxta d. §. *quia veremur*, & in aliis, in quibus lex principaliter litibus, aut fraudibus obviare intendit, juxta reg. text. in l. *properandum. 13. C. de judic. cap. finem litibus 5. de dolo & contum. l. i. ff. de usucap.* Atque ita hanc esse communem Doctorum sententiam post Abb. Felin. & alios in d. cap. *si diligenti*, testatur D. Barbosa. d. p. 1. num. 64. quibus adde Cujac. ad tit. C. de sponsal. Card. Tusch. tom. 4. lit. I. conclus. 511. numer. 28. Soar. de legib. lib. 8. cap. 6. in princ.

XXIX.

Juris plus nemo in alium transferre potest, quam in se habeat. Vide *infra Lib. 12. cap. Nemo.*

De Jure ad rem vid. Jus in re.

CAP. CXXXII.

De Jure Accrescendi.

Axioma I.

Jus accrescendi cessat ubi adest substitutio.

Ratio: quia jus accrescendi tum demum à lege introductum, si quis alioquin pro parte testatus & pro parte intestatus decederet. Hoc igitur, cum ob provisionem testatoris hoc in casu non fiat, cessabit provisio legis.

Exempl. est in l. 2. §. 5. ff. de bon. poss. secund. tabul.

Limita: modò singulis heredibus nominatim aliquis fuerit substitutus, secus si pluribus. Zael. ad ff. de vulg. & pupill. substit. n. 5.

II.

Quoties una res diversis eadem orationis parte indivisim relinquitur, toties sunt mixtim live re & verbis conjuncti. Quoties eadem res diversis eadem orationis parte relinquitur, sed divisim, five adjectis partibus, toties sunt verbis tantum conjuncti. Quoties una res diversis in diversâ orationis parte relinquitur, toties sunt re tantum conjuncti.

III.

Quoties res una alicui legata legatur alteri per relationem prioris legatarii, toties non est conjunctio sed ademptio seu translatio, de quâ §. 1. Inst. de adempt. & translat. legat.

Exempla hujus sunt in l. 5. ff. eod. & l. 89. ff. de Cond. & demonstr.

IV.

Quoties ex diversi generis conjunctis unus decedit, toties ejus portio accrescit ei, qui eodem genere cum eo conjunctus est.

Ratio consistit in præsumptâ testatoris voluntate, qui cum eodem genere conjunxit Legatarios, videtur potius huic favisse quam diversi generis conjunctis; nam qui conjuncti sunt five verbis tantum, five verbis & re simul, propter unitatem sermonis sunt in unum quasi corpus redacti, & sic partem sibi conjunctorum vacantem quasi suam præoccupant.

Limit. in re conjunctis: Ex his enim si unus deficiat, ejus portio accrescit omnibus, cum omnium par sit conditio, ita tamen ut ceteri eodem genere conjuncti pro unâ personâ reputentur.

V.

Quoties inter diversi generis conjunctos dividenda portio deficientis, toties qui eodem genere juncti sunt habentur pro unâ personâ.

Ratio, quia hi propter unitatem sermonis in unum quasi corpus sunt redacti.

Limita: in re conjunctis; horum enim si plu-

res

res fuerint, non habentur pro unâ personâ, sed quisque suam portionem capit.

VI.

Quoties Collega sive conjunctus decedit, toties ejus collegæ accrescit portio, & quidem cum onere, quia hic Collega reverâ augmentum percipit, ob quod commodum onus quoque subire debet.

VII.

Quoties decedit disjunctus, toties accrescit omnibus, & quidem sine onere, quia ita par est omnium conditio, & dum disjunctum reliquit, videtur voluisse ut unusquisque suum onus, non alienum agnosceret.

E. g. si dixerit Testator: Mevio lego fundum Tusculanum, si Cajo decem solverit; Sempronio lego fundum Tusculanum. Sic Mevii deficiens portio accrescit Sempronio sine onere.

Limita, ut procedat in Legatis: heredibus enim indistinctè accrescit cum onere l. ult. §. 10. vers. in his. C. de caduc. tollend.

CAP. CXXXIII.

Jus Naturale, Gentium.

Axioma 1.

Quodcumque convenit naturæ hominis rationali & sociali, i. e. ad conservandam societatem humanam necessariò facit, illud est Juris Naturæ; hoc enim in definitione Juris Naturæ tanquam essentialiale supponitur à Grotio de Jur. Bell. & Pac. L. 1. c. 1. §. 3. & 12. Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent. Lib. 2. Cap. 3. §. 15. & 20. hinc nullus actus indifferens, h. e. qui agi & omitti potest, est juris naturæ.

Exempla sunt in homicidio, furto, violatione pacti &c.

II.

In quæcumque non cadit dictamen rectæ rationis, in illum non cadit obligatio juris naturæ; hinc bruta ejus sunt incapacia, quorum instinctum naturalem, quatenus simplicem speciem aliquam habet justitiæ & æquitatis, Imperator Justinianus Jus naturale vocat, quia bruta videntur ideam rationis habere. pr. Inst. de J. Nat. G. & Civ.

III.

Quoties duo præcepta Juris Naturæ in eodem casu vel facto concurrunt, & utrumque servari nequit, toties levius credit fortiori. Conf. l. minime 35. ff. de Religios.

IV.

Quodcumque recta ratio simpliciter inculcat citra respectum ad necessitatem humanam, illud naturale est.

Ratio: quia illud justum est sui naturâ sine ullâ argumentatione vel demonstratione, non verò demum ex causâ aliquâ vel alterius rei comparatione. Exempla sunt in §. 2. Inst. de J. N. G. & Civ.

V.

Jus naturale est immutabile. §. pen. & ibi Boccer. in Comment. Inst. d. J. N. G. & C. l. 2. §. fin. ff.

de Usufr. ear. rer. quæ usu consum. §. ult. Inst. de legit. agnat. tutel. ratio, quia & ejus causâ h. e. natura & naturalis ratio est immutabilis, mutari ergo in totum multo minus tolli potest. l. 8. ff. de cap. minus. arg. l. 6. C. de servit. & aqu. Exempli causâ, defensio sui corporis est juris naturalis: à nullo itaque Principe nullaque constitutione abrogari, nec ulla Senatus auctoritas interdicere aut tollere potest. Angel. de Clavas. in casib. conscient. verb. defensio. num. 1. Unde & jus hoc naturale indispensabile vocatur. c. 1. & seq. distinct. 13. Beld. 1. polit. cap. 2. num. 38. adeo ut ne ejus pars quidem tolli possit, quod dispensare vocant quidam, Gratian. in pr. dist. 5. & in fin. dist. 6. utrobique. gl. & in cap. cum tanto. verb. naturali. de consuet. quia totum est immutabile. d. l. 8. f. de cap. dimin. Petr. Ravenn. de consuet. sect. 3. n. 9. & nihil aliud est quam recta ratio & fundamentum virtutum: quicquid igitur fit contra illud, vitiosum est & contra rectam rationem, quia si unum contrariorum est bonum, alterum relinquitur esse malum. c. hospitium. distinct. 32. quod vero tale est, nulla ratione defendi vel subsistere potest. Myns. 5. obs. 97. vid. Arnis. lib. 2. de Majest. cap. 3. num. 10.

Amplia, quod etiam in jure divino hæc immutabilitas locum inveniat. Etiam si enim Princeps & consuetudo sepius illud ex causâ, quotiescunque ratio naturalis veluti propter publicam utilitatem limitare & distinguere possit, ut post Abb. & alios refert Curt. in fin. vers. prima est conclusio. de consuetud. dum enim Dd. potestatem limitandi Leges divinas Majestati concedunt, id semper addunt, si causâ probabilis id exigat. Gratian. in c. dispensationes. 16. & c. tali. 17. 1. q. 7. Soto. 1. de just. & jur. q. 7. art. 3. gl. in l. fin. C. si contr. jus Myns. 5. obs. 97. Arnis. lib. 2. de Majest. c. 3. num. 5. atque sic ex sententia Canonistarum Pontifici potestatem declarandi, non vero dispensandi de eo relinquant. vid. gl. in c. non est. verb. auctoritate de vot. gl. in c. quanto. verb. absolvi. de jurejur. & in c. proposuit verb. dispensare. de concess. preb. Jac. Almain. in tr. de potest. Eccles. cap. 13. Covar. de matrim. p. 2. c. 6. §. 9. n. 10. tollere tamen hoc non poterint. Injurius enim est in Deum sive Papa sive Imperator vel Princeps, qui illud in totum tollere vellet, cum inferior jura superioris violare non possit. Clem. Romani. 2. in pr. de Elect. cap. cum inferior. 16. ibique. gl. verb. ligare de Major. & obed. Declara axioma, quod intelligendum sit de ipsis principiis & genere juris naturalis, secus in speciebus: ipsum enim genus totum tolli & mutari nunquam potest. Species verò in subjectis individuis ex justa & idoneâ causâ si non funditus tolli, minui tamen & temperari potest. Menoch. 3. conf. 109. num. 105. Donell. 1. comm. jur. civil. cap. 12. pag. 29. Boccer. ad d. §. pen. Inst. de l. N. G. & C. & ibi Locam. in not. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 9. n. 108. Aliter declarat Ampl. Dn. D. Biccini in præloq. rerum quotid. disp. 1. num. 43. ubi dicit quod immutabilitas ista intelligenda sit de iis, quæ revera jura h. e. præcepta seu verita sunt fac. l. 7. ff. de LL. §. 10. ibi: in legis necessitatem. Inst. de te-
stam. ordin. non verò de iis, quæ perinde seu permilla

permissa & libera sunt, hæc enim mutari & alio modo per Legislatorem constitui, ideoque prohiberi vel in necessitatem quandam redigi posse exemplum manifestum venationis subditis interdictæ & alia multa ostendunt. vid. & C. Arg. lib. 41. tit. 1. th. 12. num. 3.

VI.

Non omne, quod rationem naturalem habet, juris est naturalis, nisi suam quoque formam & esse ab eo jure habeat. l. jus civile 6. l. omnes populi. ff. de just. & jur. Gœdd. 2. conf. Marp. 28. numer. 15.

VII.

Jus gentium factio Principis est potentius. arg. l. sunt quidam. 17. ff. de pæn. Dd. in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Decian. resp. 123. num. 73. Curt. sen. 1. conf. 56. num. 8. per §. naturalia. Inst. de I. N. G. C. Idemque etiam dicitur esse dignius, prout ex ordine rubricæ probat Ludov. Gomez. ad §. superest. Inst. de action. num. 41. vid. Regn. Sixtin. 2. conf. Marpurg. 14. num. 110.

CAP. CXXXIV.

De Jure Canonico.

Axioma I.

Quoties jus Canonicum non probatur esse receptum, toties præsumitur rejectum.

Ratio: quia in certis materiis saltem receptum est, (1.) in matrimonialibus, (2.) in materiâ præscriptionum quoad bonam fidem, (3.) in Juramentis, (4.) in Processu. In aliis ergo causis idem alleganti incumbit probatio.

Limita, ut procedat in terris protestantium.

II.

Quoties alterutro Jure quid clarè decusum, quod in altero est controversum, toties in utroque foro illius juris decisio est sequenda, quæ clara. vid. Rittershus. de different. Jur. Civil. & Canon. in fin. præm.

Limita: nisi juris dubii certa decisio moribus recepta; illa enim interpretatio, quæ ex consuetudine dependet, vim legis habet l. 37. ff. de LL.

III.

Quoties Jus Canonicum & Civile sibi contradicunt, toties Jus Civile sequendum in foro Imperii, Jus Canonicum in terris Ecclesiæ.

Declara: ut per terras Ecclesiæ intelligantur illæ, quæ Pontifici etiam in secularibus sunt subiectæ, in his enim solis procedit hoc axioma, si quæstio incidat de negotio Civili. Nam in negotiis Ecclesiasticis etiam in terris Imperii Jus Canonicum præfertur, nisi quæ religioni Protestantium adversetur.

IV.

In dubio illa sententia admittenda, quæ Jus Civile & Canonicum ad concordiam reducit.

CAP. CXXXV.

Jus Civile.

Axioma I.

Jus civile est mutabile. §. naturalia. Inst. de N. G. C. quod tum novo contrario jure civili tolli & abrogari, tum ratione juris civilis in subiectis negotiis corrumpi potest. §. ult. Institut. de legit. agnat. tutel. Bocer. in Comment. ad d. §. naturalia. n. 5. Jus enim hoc consistit in arbitrio Principis. Bartolus in l. fin. 9. Cod. sed rescind. non poss. Felinus in cap. quæ in Ecclesia. num. 48. & Andr. ab Exea. num. 147. de pact. Mynt. 5. observ. 97. Arnif. 1. de Majest. cap. 3. num. 7. id quod reprehensibile judicari non debet, quippe cum non ut res divinæ perfectissimæ sunt, sic & humani juris conditio, quæ semper in infinitum decurrit, & nihil in eo est, quod perpetuò stare possit, eo quod multas formas edere natura novas deperet, l. 2. §. sed quia 18. C. de vet. jur. enud. & Novell. 74. in princ. diversique eventus diversâ gignant consilia & remedia suggerant, l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic. meritoque ob evidentem novam civium utilitatem & novum jus condatur, l. 2. ff. de const. Princ. & §. 1. ibi utilissimum. Institut. de Codicill.

II.

De jure civili quando quid definitum est, non autem de jure Canonico, standum est juri civili, etiam in foro Canonico, cap. 1. de oper. nov. num. Barbat. in extravag. ad reprimendum verb. per editum. num. 2. Socinus sen. conf. 33. col. 6. lib. 1. Nevizan. lib. 2. sylb. Nupt. num. 69. quia Canones non dedignantur sacras Leges imitari, d. c. 1. de op. nov. nunc. c. super specul. 28. de privileg. unde & opera danda, ut jus Canonicum cum jure civili quoad id fieri potest concilietur, cap. cum expediat 29. de Elect. in 6. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 9. num. 8.

Quod Axioma intellige maximè procedere, quando differentia ratio assignari inter jus utrumque non possit, alias enim secus erit. Dec. in l. edita. n. 1. C. de edend. Rebuff. in tract. de nominat. quæst. 5. Principali. num. 16. Menoch. 2. arbit. jud. cas. 185. n. 12. Hinc vice versa quando quid de jure civili sit dubium, quod definitum de jure Canonico, sequendam esse decisionem Juris Canonici in utroque foro, tam seculari quam Ecclesiastico, post gloss. in cap. per venerabilem §. rationibus. verb. venies, qui fil. sint legit. per c. 1. & 2. de jurejur. in 6. tradunt Wesenb. 1. conf. 1. num. 20. Blanc. de compromiss. quæst. 2. num. 47. Corfet. indag. lib. 2. cap. 6. Gail. 2. observ. 121. n. 5. Vult. 3. Confil. Marpurg. 29. num. 59. Mynt. 1. observ. 41. quocirca Jus Canonicum quoad ea, quæ immediatè sunt spiritualia, & ad sui defensionem spectant, non autem quod temporalia, quæ ex spiritualibus proveniunt, si Jus ipsum Cæsareum aliter de iis statuatur, observandum esse respondit Menoch. conf. 580. num. 5. & 6. inde videmus in contrahendis matrimoniis sæpe gradus computari secundum Jus Canonicum, cum tamen computatio ea quoad successionem non attendatur, procedere & in legitimatione per subsequens matrimonium, quoad filiorum legitimationem, non verò quoad successionem, refert Menoch. d. loc. ubi vid.

III. Quod

III.

Quodcunque jure naturæ decisum non est, sed quisque Imperans ad utilitatem Reipubl. æqualitatemq; inter cives servandam statuit, illud est juris Civilis, quia ibi incipit potestas principis, ubi definit jus Naturæ. Exemplum in Usucapione, &c.

IV.

Quotiescunque Jus Civile non probatur immutatum, toties præsumitur esse receptum, quia in Reecessibus Imperii toties ad Jus Civile tanquam commune recurritur, ut adeo universaliter receptum esse nullum sit dubium.

CAP. CXXXVI.

Jus Feudale.

In Jure feudali, quando quid non reperitur decisum, regulariter standum est juri civili, *cap. 1. de feud. cognit. Bald. in cap. 1. §. præterea. & ibi Præpositus num. 9. de probib. feud. alien. per Frieder. Alex. cons. 55. colum. 4. lib. 4. & cons. 5. col. 2. lib. 5. Hartm. Pistor. 1. quæst. 15. num. 76. quod in causis feudalibus deficiente constitutione feudali recurrendum sit ad id, quod juri communi decisum est. Curtius jun. in tr. feud. p. 1. quæst. 4. in princ. n. 1. Zaf. in Epit. feud. part. 7. n. 6.*

CAP. CXXXVII.

De Jure in re & ad rem.

Axioma I.

Quodcunque Jus rem ipsam afficit sine interuentu personæ, illud est jus in re. *l. 2. pr. ff. de pollicitat. & cap. 40. in fin. X. de præbend. cap. ad præbendam. de præbend. in 6to.* Ita Jus, quod Dominus habet ad utendum fruendum re suâ, item ad illam distrahendam, est Jus in re. vid. Hahn. *de Jure Rer. cap. 1. §. 11.*

II.

Quodcunque jus rem ita afficit, ut mihi contra unumquemque possessorum detur actio, illud est jus in re: ita dominium parit vindicationem, pignus quasi Servianam servitus confessoriam &c.

III.

Quodcunque jus rem afficit mediante facto personæ, illud est jus ad rem. Huc pertinent omnes Contractus & omnia delicta. *Tit. Instit. de Oblig. ita si quis alicui rem vendat, ei que pretium non solventi tradat, emptor non nisi jus ad rem consequitur. §. 41. Inst. de R. D.*

IV.

Quodcunque jus inheret rei, illud transit cum re ad omnem possessorum.

Quia hoc Jus est accessorium rei; rem ergo tanquam principale sequitur. Exemplum est in servitutibus, jurisdictione &c.

V.

Quoties res tollitur in totum, toties etiam tolluntur Jura rei coherentia, quia sublato principali tolluntur accessoria. Ita ergo sublato toto servitutis loco, e. g. si ex agro alveus fiat, definit quoque servitus ei inherens *l. 24. §. 1. ff. quem-adm. servit. amitt.*

VI.

Quoties ex obligatione jus agendi competit, toties tantum jus ad rem oritur.

Ratio: quia nulla obligatio afficit rem sed personam; hæc enim obligata dicitur ex facto suo ad dandum aliquid vel faciendum *l. 3. pr. ff. de O. & A.*

Declaratur, ut intelligatur de obligatione propriè sic dicta, quæ definitur in *pr. Inst. de obligat.*

VII.

Quicunque jure ad rem experitur, ille nunquam contra tertium experiri potest; quia jus ad rem oritur ex obligatione, obligatio ex facto, eoque vero vel præsumto; factum verò personale cum re non transit nec datur adversus tertium.

Declaratur: nisi concurrat factum aliquid tertii obligatorium.

CAP. CXXXVIII.

Jus publicum, privatum.

Axioma I.

A qua persona jus publicum universum removet, ab eadem removet etiam omnes ejus partes, *l. si Titio 22. in princ. ff. quand. dies legat. l. si quis cum totum 7. ff. de Exception. rei judic. Oldendorpius lib. 2. consil. Marpurg. 5. num. 98.*

II.

Jus publicum pactis privatorum non immutatur, *vide infra lib. XIV. cap. pactum 1.*

III.

Jus publicum tripliciter ita dicitur: (1.) efficienter, quia jus aliquid autorem habet eum, qui summa potestate gaudet; ita in *l. 3. ff. qui testam. fac. poss. testamenti factio dicitur juris publici.* Eodem modo supponitur in *l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. 19. ff. de testam. tut. l. 38. de pact.* hoc significatu etiam jus privatum, utpote & ipsum à principe latum, publicum dici potest. (2.) finaliter, quatenus pro fine primario & immediato habet utilitatem publicam. Ita quidem videtur Tribonianus distinxisse Jus Publicum à privato *§. ult. Inst. de J. & J. & cum eo communiter Doctores, verum dantur etiam leges private, quæ utilitatem publicam pro fine immediato habent, ut Lex Papia de maritandis ordinibus, item cura decoris urbium in *l. 20. §. 10. de nov. oper. nunciat.* (3.) obiectivè, quia versatur circa res publicum statum concernentes, & ita potissimum à jure privato differt, quod controversias privatorum de meo & tuo respicit. Thomas. *in annotat. ad Struch. dissert. 1. lib. 1. voc. publicum.**

De Jure Repræsentationis vid. successio ab intestato.

CAP. CXXXIX.

Jus strictum & summum.

Summum jus, summa injuria, Cic. *lib. 1. offic. Cujac. l. 3. qq. Papin. ad l. 8. de collat.* Unde Juriconsultus jubetur esse studiosus æquitatis, *l. hac lege 8. C. de pact. convent. & sub juris (scilicet stricti & subtilis) auctoritate sæpe perniciosè errari ait Ictus in l. 91. §. sequitur 3. de verb. oblig. conf. l. 51. §. 2. ad Leg. Aquil. quam allegat Johan. Oldendorp. 1. consil. Marp. 3. num. 3. vid. infra lib. 17. cap. Subtilitas.*

N n

CAP.

CAP. CXL. Justitia, Justus, Justum.

Axioma I.

Justitia æqualiter observari debet erga magnos & parvos, *cap. novit. 3. de judic.* Ludovicus Gomez ad §. ex maleficiis. *Inst. de act. num. 9.* Fundamentum enim ejus collocatum est in constantia voluntatis perpetuæ. Pacian. *conf. 149. numer. 65.* Unde & eam in Principe semper præsumi, ex *cap. si quando 5. de rescript.* refert, & exemplis justitiæ de Rege Antiocho & Imp. Anastasio illustrat Gail. 2. *observat. 58. num. 10. cum seq.* justitiæ siquidem bona non sunt venalia, nec æstimationem etiam ea recipit, Menoch. 2. *arb. judic. cas. 342. num. 21.* Unde & Justitiæ (quæ aliàs gratuita esse debet) mercedem querere, injustissimum esse, dicit M. Tullius *lib. 1. de legib.* facile enim ea aurò venditur, nec suam culpam quis pertimescit, cum sperat posse redimi. Ludov. Rom. *sing. 119. n. 1.* imò pauci reperiuntur, qui pro justitia, virtute & veritate egeni egant. Unde is Deum tentare dicitur, si saltem sapientiæ non habet, sine quo est infusus, si saltem conscientie profundit, sine quo diabolicus existit, & conscientiam ipse suam proximique charitatem defraudat, quando loculis aliorum inhiat, & marsupia exinanire studet, de munere accepto recte se judicaturum persuadet Kœpen. 2. *observat. 137. num. 4.* hinc si Princeps justitiæ fines & terminos extendit, contra ordinationem Dei peccare, & Principis nomine indignum esse, ex *cap. seclus 21. 2. q. 1. 1. deducit Afflic. in cap. 1. §. similiter potest. n. 15. de Capitani. qui cur. 2. feud. 51.* Pulchrè hac de re Claudianus ad Honorium:

*Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentem domet respectus honesti.*

Quare etiam si potestas Principis dicatur supra, intra fines tamen justitiæ eam conclusam remanere debere syadet Zasius in l. 2. *verb. natum ff. de origine juris*; quanto enim immensior Principis potestas, tanto magis justitiam & æquitatem colere, & colendam præscribere debet. Gail. *lib. 2. observat. 56. num. 12.*

II.

Qui nimis justus est, plerumque in justitia sua perit, *gloss. in cap. nisi cum pridem 10. verb. elicit. extr. de renunc. fac. text. in cap. serpens 47. dist. 1. de penitent.* Pacian. *conf. 33. n. 88. v. inf. nimum.*

III.

Justo non adversabitur quicquam malignum, l. inter claras 8. C. de summa Trinit. *cap. qui re. Et 66. cap. injustum 89. 11. q. 1. 3. cap. omnis qui justè 10. dist. 45.* Speculat. *lib. 1. part. 4. de advocat. §. hic dicendum. num. 12.*

IV.

Justum quod est, vel justum esse putamus, id justè nobis etiam est persequendum. *Deut. 16. v. 20. Carpz. p. 3. q. crim. 107. num. 67.*

V.

Quodcumque justum præcindit à salute Reipublicæ & reflectit simpliciter ad voluntatem divinam moralem, illud spectat ad Justitiam universalem.

Ratio: quia demum hoc universale seu ubique

& omni loco justum est, & ergò præcepta decalogi spectant ad Justitiam universalem, non autem divortia Judæis concessa.

VI.

Quodcumque intendit salutem Reipubl. non absolute respiciendo ad id, quod voluntati divinæ congruum, illud pertinet ad Justitiā particularem.

Ratio: quia hic Legislator tantum respicit ad salutem Reipubl. suæ, quæ ipsi suprema lex est, non verò an alibi hoc justum sit & voluntati divinæ conveniat, v. g. usucapio, concubinatus &c. Hopp. in *Exam. Inst. Imperial. ad tit. de J. & J. q. 7. 8.*

VII.

Quoties illa, quæ in potestate Reipubl. sunt, civibus veniunt applicanda, toties obtinet Justitia distributiva, quia sic res conferitur cum qualitate personæ. Exemplum est in præmiis & pœnis. Limita, ut procedat in illis, quæ in arbitrio Reipubl. sunt, secus si hujus arbitrio non sint subiecta; hinc in pœnâ jure divino determinatâ, e.g. homicidii, personarum ratio haberi nequit.

VIII.

Quoties res privatorum privatis applicandæ, toties obtinet justitia commutativa, quia res cum re conferitur. Exemplum suppeditant omnes Contractus.

Limitari solet, nisi res pluribus communes in contractibus distribuendæ: sed vitiosa hæc limitatio, cum adhuc res cum re conferatur.

IX.

Quoties ex delicto petitur id, quod læso debetur, toties ad Justitiam distributivam spectat, & sic omnis consideratio personæ cessat, quia cum re conferitur, i.e. damnum cum delicto citra respectum personæ. Exemplum in actione furti ad quadruplum.

Limita, ut procedat in pœna civili, quæ læso adjudicatur.

CAP. CXLI.

Juventus, Juvenis. add. supra Adolescentia.

Axioma I.

Non expectanda ætas in eo, qui fulget virtutibus & moribus pollet. Valer. *apud Vopisc. in Probo.* Unde ab eximia ætate expectandum non esse progressum ætatis, dixit M. Tullius in 5. *Philip.* quod etiam notatur in l. pen. §. 1. de Decur ibi: & dignitas certa spem ejus honoris id faceret, ut Princeps indulgere possit. Cujac. in *Papin. ad l. 1. Res. in l. 6. §. 1. de Decur.*

II.

Juvenes tractabiliore senibus, & ad quodvis servitium aptiores, l. 37. ff. de adilit. edict. quia in iis solent esse sensus acutiores, & ad capiendum velociores, *gloss. in l. Gallus 29. in princ. ff. de liber. & postb. Panorm. in cap. quoties 5. in vert. notab. de testib.*

III.

Juvenili ætate facile quid condonamus, vide *supra lib. 1. cap. ætas.*

IV.

Fragile & infirmum est juvenilis ætatis consilium,

um, multisqve captiombus expositum l. 1. de minor. Hinc tyrones etiam minores habebant stipendia, & posteriori loco ponebantur l. fin. C. de Tyron. Inurebatur autem eorum brachiis nota, l. 3. C. de Fabricens. quæ signum nobilitatis erat.

Debet enim juvenilis ætas perpetuo armis assuescere, ut tandem per laboris assiduitatem & patientiam gradum militiæ altiore consequantur. Igitur à signis vagari non possunt. l. 1. C. eod. Perez. C. d. t. n. 5. 6. 7.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER DECIMUS.

CAPUT I.
De Labore.

Axioma I.



Abor omnis optat præmium, & operarius dignus est suâ mercede, cap. quicunq; 4. 12. quest. 2. cap. cum secundum 16. extr. de præbend. gloss. in cap. fin. verb. laborem. 7. quest. 1. & cap. charitatem 12. quest.

2. Pacian. conf. 153. n. 27. Dicitur enim ratio naturalis, ne quis fraudetur suis laboribus, sed ut præcipuum sibi habeat, quod sua industria, suoq; sudore lucratur: cum æquum non sit, ut alius eâ in re fruatur commodo, in qua non laboravit, l. jure succursum 6. §. si pater. ff. de jur. dot. l. rescriptum 12. §. 1. ff. de distract. pign. Regner. Sixtin. 2. conf. Marpurg. 14. num. 170. seu potius justum, ut unicuique labor suus proficiat. Cassiodorus lib. 2. var. Epist. 33. Adde Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 4. Ulpian. in l. 1. §. ult. de aq. pluvi. arcend. Hypolit. à Collib. ad l. 10. de Reg. jur. imò & æquitati consonum, quod qui magis laborat, magis etiam illi tribuatur. l. 1. Cod. de Consulib. cap. miramur 5. circ. fin. 61. distinct. cap. jus militare 10. 1. dist. c. sacerdos 9. 1. quest. 2. Speculat. in tit. de citat. num. 5. vers. porro. col. 2. Ludovicus Gomez ad §. fuerit. Instit. de action. num. 3. Unde & laborum nostrorum fructus ad alios transferri luctuosum esse Imp. in §. 1. Instit. per quas personas cuique acquirit. dixit.

II.

Cessante labore cessare debet & præmium laboris, l. Sejo 10. in princ. de ann. legat.

Declarat hanc regulam, quod vera sit, si labor cesset ob defectum personæ, quæ fortè mortua sit, vide Carpzov. part. 2. conf. 6. defin. 17. num. 9. item si desidia personæ cessaverit, unde qui cessavit, amittit beneficium, vide sup. lib. 2. cap. 5. de Benefic. axiom. ult. non autem procedat in beneficium emeritis & veteranis.

III.

In laboribus, operis exigendis valetudinis & honestatis est habenda ratio, l. 26. de oper. libert.

IV.

Cujus est Labor, illius est Laboris fructus. Hinc supernumerarii in Collegiis non participant de redditibus ordinariis, & quoties redditus alicujus officii dari vel restitui jubentur, solum comprehenduntur provenientes ex ipso officio, non verò ex personali Labore, vid. Perez. C. de Collegiatis n. 9. seqq. Hinc beneficii Ecclesiastici fructus inter heredes beneficiarii & successorem in eo

pro ratâ temporis & laboris dividuntur. Perez. C. de armon. Civil. n. 7. Idèd silentiarii filii familiâs, quæcunqve in officio acquirunt, instar peculii castrensis habent, nec parentes nec fratres inde participant, & quod pater pro tali malitiâ erogavit, non confertur l. 9. C. de silent. Perez. C. eod. n. 7. 8. ubi de Præbendis Clericorum idem statuit. Item omnes Palatini in Palatio militantes l. un. C. de Castrenf. omn. palatin. pecun. non autem otiosi, qui titulum, non laborem militiæ suscipiant, vulgò Equites aurati. Perez. C. eod. n. 1. 2.

Limita in Murilegulis & Metallariis, hi enim fisco ex fodinis repertis solvunt Canonem l. 1. 2. 5. C. de Metallar. ut & Domino fundi decimam l. 3. C. eod. imò hodiè principes inventas sibi vindicant fodinas. Perez. C. de Metallar. n. 8. 12.

CAP. II.

De Læsione. v. infr. Magnum, Modicum.

Axioma I.

Læsus enormiter nunquam is dicitur, qui in læsionem consentit, Ang. in disp. incip. duo litigantes. per cap. scienter. de reg. jur. allegatus ab Imol. in cap. Quintavallis. n. 46. de jurejur. Wesenb. 1. conf. 23. n. 49. Cravet. conf. 192. num. 1. conf. 114. n. 12. confer. Marpurg. 1. confil. 32. n. 30.

II.

Quoties læsioni enormi à contrahentibus renunciatur, toties hoc intelligendum, si læsio contingat sine dolo. Quia dolo futuro non potest renunciari, cum talis renunciatio invitet ad delinquendum. l. 27. §. 4. ff. de pact. Hinc renunciatio, quæ fieri solet l. 2. C. de Rescind. Vendit. semper sub hac limitatione erit intelligenda.

III.

Ubi venditio interveniente decreto Judicis & publicâ subhastatione est celebrata, non presumitur læsio l. 1. C. de præd. decur. si tamen liquidis probationibus ostendatur intervenisse, rescinditur & hæc venditio. Perez. C. de præd. decur. n. 6.

IV.

Læso ex judicio sortis vel fortunæ proveniens non retractatur. Gomez. in suis resolut. de contract. cap. 14. n. 4. vers. non inferitur. Bald. in l. ait Praetor. ff. de minor. Ar. Pincl. ad l. 2. C. de rescind. vendit. cap. 1. num. 6. Marant. de ord. jud. part. 6. n. 247. Philipp. Matth. 1. conf. Marp. 32. numer. 34. Non enim læsio est considerabilis, quando eventus, qui se habere posset ad incommodum vel commodum, dubius esset. l. de fideicommissio 11. C. de transact. l. si pater puellæ 12. Cod. de inoff. testam. cum nemo videatur lædi, ubi casus fortuiti par in utramque partem est ratio, Cravet. conf.